RICERCHE STORICHE

SOPRA

NOVARA DI SICILIA

E SUO TERRITORIO

PER

MONS. CAN. SALVATORE DI PIETRO

LIBRO SESTO

DOCUMENTI

PALERMO
TIPOGRAFIA PONTIFICIA

1914



LIBRO SESTO

DOCUMENTI

I.

Cartolaio antico esistente nel paese, che s'intitola Storia di Novara, col titolo: « Origine, Diritti e Privilegi di Novara. »

Questo Documento non si pubblica perchè si trova comunissimo presso le famiglie di Novara.

II.

Stato degli usi civici esercitati dai Comunisti su alcune proprietà del Comune.

Questo Documento non s'inserisce perchè si trova originalmente nell'Archivio Comunale di Novara.

III.

Assento di onze 20 all'anno a favore del Rev. Sacerdote D. Giovan Battista Lembo per indennizzo prodotto dalle miniere.

Ferdinandus etc.— Illustribus Regiis Consiliariis dilectis. A voi Illustre Marchese D. Luca Ant. Laredo, Consultore Generale del R. Patrimonio incarichiamo che nei libri d'assenti che si conservano nell' uffizio vostro facciate fare il seguente, cioè: Al Rev. Sac. D. Giov. Battista Lembo della terra di NOVARA, o suo legittimo Procuratore paga la R. C. sopra gl'introiti, frutti e proventi alla sua Tesoreria Generale di questo Regno pervenuti e da pervenire nella tavola della città di Messina a nome della R. C. la somma di ducati sessanta napolitani annuali che fanno onze venti all'anno moneta di questo regno, e sono pella stessa annua pensione o sia mercede che al riferito Sac. Lembo è stata dalla R. M. del nostro sovrano concessa in considerazione d' avere egli sofferta la devastazione d'un fondo, che possedeva a titolo di patrimonio a causa della discavazione delle regie miniere in quel territorio ed in conseguenza perduti i frutti del diviso suo patrimonio necessari al suo mantenimento, dovendo correre la detta pensione e pagamento d'essa dal giorno due giugno prossimo passato 1764, in cui fu al Lembo concessa dalla M. S. la grazia sudetta in poi, e così continuare sin tanto che egli sarà proveduto d' una corrispondente pensione ecclesiastica. E dal presente assento dei suddetti ducati sessanta di pensione, o sia mercede annuale s'è divenoto in esecuzione del Real Ordine della cennata M. S. in data del sudetto 2 giugno prossimo passato comunicato a questo Supremo Tribunale con biglietto di nostra Real Segreteria sciolto sotto li 20 dell'istesso giugno del tenor se-

guente, cioè : Per via de la Real Segreteria di Stato ed azienda di R Ordine con dispaccio del 2 del corrente se ne previene g.e el Rey en consideracion de g.e el Sacerd. D. Juan Bap.ta Lembo de la Universitad de Novara ha padecido la devastacion de un fondo que posehya a titolo de Patrimonio a causa de la descavacion de las Regias Minieras, y conseguentemente perdido los frutos di tal patrimonio necessarios à la manutencion se ha degnado resolver y manda g.e al dhto de Lembo se pagren de esta Thesoreria general sesenta ducados al anno hastaque fuere prorehydo de corrispondente pension Ecclesiastica. Todo lo qual comunico a V. S. en seguida de la riferida Real Orden paraque dè a la mirma sù puntual, y exacta execocion di os g.de a V. S. muchos a.nos Palermo 20 delunio de 1764. El Murg. Fogliani. Al Tribunal del Real Patrimonio. In dono del quale pella via di questo Supremo Tribunale risoluto prov.mo die 13 Augusti 1764. Presentetur, registretur etiam in margine consultationis detur ordo, pro assenta, et quo ad solutionem detur ordo Spti Ministro Messanae. Qual provista e biglietto suddetto non curerà ricuperare il M.ro Notaro di questo Consiglio Patrimoniale, stante dover passare nella Segreteria dello stesso, ed il presente si passi a quattro registri e non altrimenti. Datum Panormi die vigesima sexta augusti 1764. — Il Marchese Fogliani—Amundo Paternò—P. Papè Pros.le—Lanedo Consigliere—Pensabene M. R. Fisci Patronus (1).

---

(1) Grande Archivio di Palermo—Regia Cancelleria, Anno 1763-1764, vol. 949, f. 92 a 93.

IV.

Prima concessione di NOVARA *fatta da Federico a Vinciguerra di Aragona*

Fridericuris dei gratia Rex Siciliae ac Athenarum, et Neopatriae dux, bono principi convenit, et debitum equitatis exposcit, benemerentibus, maxima sanguinis necessitudine junctis, munificam porrigere dexteram, et suae munera liberalitatis inferre, quam ex his benignitas regalis extollitur, remuneratis zelus invanescit, et fides ac aliorum prompta devoto subditorum fideliter obsequi provocatur. Per praesens itaque privilegium, notum fieri volumus universis, tam praesentibus, quam futuris quod ad humilem snpplicationem nuper excellentiae nostrae factam, per nobilem vinciguerram de aragona, militem, regni siciliae cancellarium, consanguineum, consiliarum, familiarem et fidelem nostrum, considerantes fidem puram et devotionem sinceram, quam idem nobilis, more progenitorum suorum, erga maiestatem nostram, prompto zelo gessit, et gerit, nec minus grata satis, et accepta servicia, per eum nostro culmini, praesertim guerrarum temporibus, et necessitate rei bellicae, strenue fideliter et devote collatum, nullis, pro nostri exaltatione nominis declinatis laboribus, nullis ab eo periculis evitatis, quae etiam ipse continuo praestat ad praesens, et praestabit in anthea, sicut credimus graciora; ei tamquam benemerito, et suis haeredibus de suo corpore legitime descendentibus, in perpetuum, *terram nucariae, sitam et positam tn insula siciliae, intra vallem Castri Joannis, et demine, prope territorium terrae Tripi*, certis suis limitibus confinatam, quam idem nobilis praesentialiter tenet, et possidet, *cum castro et aliis fortilitiis*, si qua ibi sunt, ac omnibus et singulis vassallis,

jurisdictionibus, gabellis, dirittibus, territoriis, venacionibus, nemoribus, molendis, viridariis, fluminibus, aquis, aquarum decursibus, divisis, limitibus, redditibus, proventibus et aliis juribus, et pertinenciis quibuscumque, videlicet quae sunt de demanio in demunium, et quae de servicio in servicium; sub debito tamen et consueto servicio militari, una scilicet uns vigint, pro quolibet equite, secundum annuos redditus, et proventus dictae terrae et tenimenti sui, juxta usum, et consuetudinem regni nostri, per eumdem nobilem et dictos ejus haeredes curiae nostrae praestando; quod servicium idem nobilis in curia nostra praesens, se, et dictos haeredes suos sponte facere obtulit, et promisit praestare, proinde nobis fidelitatis debitum juramentum, ac manibus, et ore homagium sollemniter faciens, juxta sacrarum constitucionum imperialium (1) regni nostri continenciam, et tenorem, de mera liberalitate, speciali gratia, et ex certa nostrae maiestatis scientia, graciose concedimus, et donamus, ita tamen quod dictus nobilis vinciguerra, et haeredes sui praecitati *dictam terram nucariae cum tenimento*, et omnibus suis membris, juribus et pertinenciis praedistinctis in capite, sub eodem militari servicio, a nostra curia teneant, et cognoscant, et exinde dictae nostrae curiae servire teneantur, ac vivant inde jure francorum, videlicet, quod major natu minoribus fratribus, et cohaeredibus suis, ac masculus faeminis praeferatur, et si in dicta terra, seu territorio, seu tenimento suo sint aliqui barones, et phaeudatarii,

(1) Sin qui questo documento trovasi pure in altro volume del Grande Archivio di Palermo, Regia Cancelleria, anno 1360 ad annum 1402, f. 433. E a principio trovasi la data in questo modo: *XVII februarii tertiae indictionis apud Cathaniam.*

qui pro baroniis, et phaeudis eorum in capite nostrae curiae servire teneantur, nobis, haeredibus, et successoribus nostris; in dicto regno serviant, ut teneantur, quodque illis quibus in dicta terra, et ejus territorio, aliqua jura possessiones, et bona per serenissimum dominum regem iacobum olim aragonum, et siciliae regem illustrem, bone memoriae, dum eidem regno nostro siciliae praefuit, aut serenissimos principes dominos, avum, patrem, et fratrem nostros, olim reges dicti regni, recordacionis illustris, aut nos concessa fuerint, ea teneant, et possideant, iuxta concessiones, per eos, et nos illis exinde dudum factas, retentis tamen, et reservatis, quae a praesenti concessione omnino excludimus, juribus lignaminum, si qua in tenimento, et pertinentiis dictae terrae nucariae, eidem curiae nostrae debentur; nec non mineriis, forestis, salinis, salatiis, et defensis antiquis, quae sunt de nostro demanio, et ea, velut ex antiquo, ipsi demanio pertinencia, volumus, eidem demanio reservari; et quod ad ea omnia, et singula non excedant aliquatenus manus suas; et quod animalia, et aequitaturae, aratiarum, marescellarum, et massariarum nostrarum libere sumere valeant pascua in territorio et pertinentiis supradictis, si vero pertinentiae ipsae protenderentur usque ad mare, jus, dominium, et proprietas totius litoris, et maritimarum pertinenciarum ipsarum, quantum a mari infra terram per jactum balistrae ipsae pertinentiae protenduntur, tamquam ex antiquo ad regiam dignitatem spectantia, in nostris demanio et dominio reserventur, et quod praedictus nobilis vinciguerra, et haeredes sui sint inculae, et habitatores regni nostri siciliae, et in eodem regno, sub nostro, ac haeredum, et successorum nostrorum dominio, habitent, et morentur fidelitate nostra, et dictorum haeredum, et successorum nostrorum in dicto regno, nec non constitucionibus, et capitulis dicti domini regis iacobi, dum

ipse siciliae eidem regno nostro praefuit, editis, ac dictorum dominorum, avi, genitoris, et fratris nostrorum olim regum regni praedicti, atque nostris praedictis, servicio curiae nostrae, et cujuslibet alterius juribus semper salvis, ad hujus autem nostrae concessionis memoriam, et robur perpetuo valituram, praesens privilegium exinde fieri, et maiestatis nostrae sigillo proprio pendenti, magnum casualiter defectu dudum amissum, fecimus communiri.—Datum cathaniae, per nobilem vinciguerram de aragonia, militem, regni nostri cancellarium, consanguineum, consiliarium, familiarem, et fidelem nostrum dilectum, anno dominicae incarnationis 1364, decimo octavo februarii, tertiae indictionis (1).

V.

Liberazione e permuta di NOVARA *colla terra di Tortorici*

De terra turturici pro vinchiguerra de aragona, et est permutatio cum terra nucariae. — Fridericus dei gratia rex Siciliae ac Athenarum et neupatriae dux. Decet excellentiam regiae dignitatis inconcussum semper tenere propositum, et quod semel, matura deliberacione decrevimus, nulla pati pollucione, fuscari, ubi potissime optabilis conversacionis oblectamentum conspicitur, et quietis interdum receptaculum proximum reperitur. Presentis itaque privilegii serie, notum fieri volumus universis, tam praesentibus, quam futuris. Quod, deliberata noviter permutacione, ad nostrae majestatis instanciam,

(1) Grande Archivio di Palermo, Regia Cancelleria, anno 1364 al 1368, foglio 1.

inter excellenciam nostram ex una parte, et nobilem vinchiguerra de aragona, dilectum, consanguineum, consiliarium, familiarem, et fidelem nostrum, ex altera, mutuo demum hinc inde, gratissimo interveniente consensu, *de castro et terra nucariae, positis in plano milacii*, quae tunc erant dicti nobilis, et ad ipsum suosque haeredes pleno jure, justoque titulo, pertinebant, cum castro et terra turturici, in valle demine, insulae nostrae siciliae situatis, et a manibus olim baronis ipsius, suorumque haeredum ex juxta et rationabili causa, tanquam ad fiscum nostrum pertinentibus revocatis, dictoque nobili in ipsarum castri et terrae turturici jurium et pertinenciarum suarum omnium pro se, dictisque ejus haeredibus, in perpetuum de expresso mandato majestatis nostrae, ex causa dictae permutacionis, corporalem possessionem inducto, pro ut nostrae liquet excellenciae, satis plene. nuperrime nobilis ipse, in conspectus serenitatis nostrae praesens, serenitati nosteae humiliter supplicavit, ut permutacionem praedictam, inter maiestatem nostram, et eum, ut praescribit facere de praedictis, castris, et terris, juribus, et pertinenciis eorum; omnibus supradictis, modo et forma praefatis, acceptamus, rathificamus, et confirmamus; dictumque castrum et terram turturici cum vassallis, dignitatibus, honoribus, tenimentis, et omnibus aliis, ad ipsam castrum et terrem pertinentibus, de novo concedere, donare, de benignitate regia dignaremur. cui supplicacioni, tam intuita justiciae, quam de praedictis, permutacionis, et corporalis possessionis indumenta, nostrae celsitudini plene constat, quod nexum sanguinis, quo idem nobilis nobis astringitur, benigniter annuentes. considerantes puram fidem, et devocionem sinceram, quam praedecessores sui erga dominos progenitores nostros reges, linea originali coniunctos, semper gesserunt, et quam idem nobilis, erga maiestatem, ad suae adolescentiae tempore, gessit assidue, atque gerit, nec non

grandia, notabiliaque servicia, quae ipse, infra guerrarum turbinis varias rationes, olim in regno nostro vigentes, intrepide et strenue contulit, nullis suae personae gravibus parcendo periculis, et expensis, quae confert ad praesens, et conferre in antea poterit, dante domino, graciora attendentes, non minus quod dictum castrum, et terram nucariae, propter situacionem ipsarum, in dicto plano milacii, et proximitatem nobilis civitatis messanae, in quam quidem continuam residenciam facimus, credunt modo, nostro manifesto iudicio, dictis castro et terrae turturici magis graciam nostraeque concessionis oblectacionibus apciora, ubi venacionis, fatigati, solacio fessum animum faciliter possumus, loci vicinati, reficere et fovere, consideracione omnium praemissorum, eidem nobilis vinciguerrae, tamquam benemerito et condigno, suisque aheredibus, de suo corpore legitime descendentibus, in perpetuum praedictam permutacionem, per nos, de dictis castro et terra turturici, cum eo, ad dictum castrum, et terram nucariae factam, in quorum corporaliter possessione procurator nostrae curiae, sicut nobis plenarie constitit, fuit indutus, et tanquam juste, rite, et sollemnites celebratam, non obstante quod valor, vel annuus redditus dictae terrae turturici excedet praefatam terram nucariae, et cum celsitudini nostrae non deceat utilitatem attendere, sed salubritatem personae, prout queriretur, et maxime quod ipsi nobili conjuncto nobis, consideracionis prosapiae clarae amplioris valoris locum, sive facultas adesset, quatenus nos non invito delectaret, acceptamus, ratificamus, et pleno favore regio confirmamus, dictaque castrum et terram turturici, non obstante quod terram ipsam, ad supplicacionem universilatir hominum ipsius terrae, nostrorum fidelium, a baronia subtraxerimus, et adiunxerimus aliis terris nostri demanii, cum ex causa permutacionis praedictae, dictusque nobilis multis diligenter

attentis, terram eamdem a dicto demanio segregandam decrevimus, et in baroniam, consultacionem praehabitam, reducendam, privilegio universitatis terrae ipsius, de hujusmodi reducione in demanium, ob olim, cui universitati, per celsitudinem nostram peractam, nostri, de eadem plenitudine nostrae potestatis derogamus, expresse evacuabtes, et totaliter annullantes, ac si factam aliquatenus non fuisset, cum vassallis, dignitatibus, honoribus, tenimentis, territoriis, nemoribus, terris cultis et incultis, aquis, aquarum decursibus molendinis molendinorum saltibus, viridariis, vineis, arboribus domesticis et silvestribus, venacionibus, pascuis, gabellis, censualibus, proventibus realibus et personalibus, praeservationibus, proventibus, redditibus, juribus, limitibus, pertinenciis, omnibus et divisis ad praedictum castrum et terram turturici spectantibus, quo quomodo, et quae spectare poterant in futurum, sub debito tamen militari servicio consueto, per eumdem nobilem, dictosque ejus haeredes. nobis, haeredibus, et successoribus nostris, in eodem regno proinde praestando, una scilicet 20, pro quolibet equo armato, secundum annuos redditus, et proventus praedictae terrae turturici, jurium et pertinenciarum suorum omnium praedictarum, juxta usum, et consuetudinem dicti regni, quod dictum servicium idem nobilis in nostri draesencia constitutus, dictique ejus haeredes nobis, praefatisque nostris haeredibus, et successoribus nostris, sponte obtulit praestituros, praestans proinde fidelitatis debitum juramentum, ac faciens manibus et ore omagium, juxta sacrarum constitucionum imperialium dicti regni continenciam, et tenorem. sibi nihilominus, dictisque ejus haeredibus, de habundaciori majestatis nostrae gracia, et sollemni promissione, per maiestatem nostri concessa, quod si aliquo futuro tempore, dictus olim baro dictorum castri et terrae turturici, vel ejus haeredes, aut quisvis alius cujuscumque

gradus, status et condicionis existat ex promissione, vel concessione forte eis factae, per maiestatem nostri, de dictis castro et terra turturici, quibus ex nunc, pro ut ex tunc, ac privilegia, vel literas, aut scripturas, sub quacumque verborum forma, exinde subsequta de nostrae regiae plenitudine potestatis, annullamus, evacuamus, et nullius roboris, vel momenti esse volumus, et jubemus, et contra dictum nobilem, et dictos ejus haeredes contentionem maritoriae, sive litigium, in ipso casu, cum affectu, promittimus, onus hujusmodi contentionis oriendae (sic) humeris curia nostrae suscipere, prosequi, et finire, quod si castrum et terra ipsa a dictis nobilis et ejus haeredibus evictus contigerit, promisit etiam dicto baroni velle hujusmodi contentionem moritoriae, et obtinenti victoriam causae ipsius de equivalenti excambio, de moratoriis et excadentiis dictae curiaa nostrae. itaque quod proinde, a dicta nostra curia teneat.... nec ullo ex dictis casibus consentire dictis nobili et ejus haeredibus, et successores nostros praedictos, circa dominium, pacificam continentiam, et possessionem dictorum castri et terrae turturici, jurium, et pertinenciasum suarum praedictarum aliquam molestiam, calumniam vel perturbacionem fieri, imo semper ipsos in eisdem manutenere, fovere omni tempore, et affectualiter defensare de liberalitate mera largitate, munifica et speciali gratia, et ex certa nostri scientia de novo graciose concedimus, et donamus. Ita tamen (1).

---

(1) Estratto dal Grande Archivio di Palermo, dalla Regia Cancelleria: Anno 1371; vol. 13; pag. 47-48.

VI.

Privilegium Regiis Federici, virtute cujus donavit Prioratus domus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolimitani civitatis Messanae Montaneam MUSAFLETI *sive* GINISTRITO *in territorio terrae* NOVARIAE. *1209.*

Federicus, Divina favente Clementia Rex Sicilia, Ducatus Apuliae et Principatus Capuae. Cum Domini sit et plenimodo etiam decet, eos quos Principes constituit. Orbis Terrae quod illi retribuant aliquod, quod eis tribuit Universitas, praesertim Dnis Genitoribus felicis memoriae merito qtsit... Æterna pro temporalibus, et pro caducis perpetua decernimus. Horum igitur tunc tradentes dignius facere cum locis Universalis, et maxime ubi specialiter ad refugium pauperum Hospitalitas Jesu Christo munificentius exercetur elargimur. Nos attendentes vitam celebrem ac cristianae Religionis ardentem, in quo pro hospitalitatis et Divini Cultus observantia Fratres Hospitalis S. Joannis in quarierij de Messana laudando Dominum famulenter illis introrsum concedat per salutem Regibus absque regalis culminis Scetrum donavit pro remedio quoque animarum qndam Augustorum bonae memoriae Parentium, Nostroque Concedimus, et donamus in perpetuum eidem Domui Hospitalis Messanae Montaneam *Musufleto, quae est in Tenimentum Nogariae* cum omnibus finibus et divisionibus suis, quas fines, et quas divisas vocatum duximus suis terminis atque mentionatos per confines; quae divisa incipit *a pede ipsius Montanae Musufleto ubi inveniuntur flumen plati, et flumen Sanctae Venerae a parte Boreae. Item ascendit per pottum Vallonem usque ad magnam Serram, et valid per ipsam Serram versus Orientem usque ad Roccam Russam, et inde ascendit per Serram versum*

Austrum usque ad Vallonem qui dicitur de Rayò, et descendit per ipsum Vallonem ad flumen platae versus Occidentem usque ad flumen Sanctae Venere, ad cujus auttoritatem Concessionis et donationis memoriae et in his calibe Firmamentum per Nos pluries per manus Alderij Hom. et Fidelis sibi, et memorationis siggillo Iussimus communiri Anno mense. Ind. subscripitis Datum Siracusae Cat. per manus Gualteri de Gatto consevatorem Ipsius Regni Siciliae Cancellarii *Anno Dominicae Incarnationis Mill:mo Ducentesimo Nono mense Decembris*, et sub Regni vero Dominij Fiderici Dei Gratia nostri Regis Siciliae Ducatus Apuliae Principatus Capuae Anno Tertio Feliciter Amen, Pntatus apud acta Curiae Ducalis 28 Xembris X. Ind.

Ego Not.s Paduamus de Summa Regius pubblicus Notarius Civitatis Messanae suique districtus per totam Vallem ut M.r Not.s Hospitalis Sancti Joannis Hierosolimitani Messanae fidem facio qualiter pns. per me extracta a quodam Orig.li Privilegio in carta membrana cum sigillo pendenti et insula lignea Cera Mollea, conservato penes. Theriu Ipsius Hospitalis, et collazionata per me de verbo ad verbum. Vltimo Februarij p.mae Ind.s 1542 manu propria.

Nos Iuratis Civitatis Messanae Vnisis et singulis Officialibus et Personis in quavis Orbis parte Constituendis Testimonium prorsus fieri Imppm Notum Facimus et indubia Fide testamur qualiter p.ns Copia Regij Privilegij Fuit et est extracta ex Orig.li Regio privilegio conservato in Thesauro Scripturarum Prioratus Hospitalis S. Ioannis Hierosolimitani hu.s Nobil. Civitatis per manus Notarji Paduani de Summa Messanensis Regji ppei Not.s hu.s praef. Civitatis, ac M.ri Notarii d. Prioratus legalis et fide dignus, cujus Instrumentis et actis in Iudicijs et estra plenaria adhibetur Fides tamquam a ppo scriptore ac tamquam autenticae fide digni indubitatam poterint

habere fidem, in cujus rei Testimonium pn.tes fieri fecimus more solito, et sigillo in pede munitas, datu in N.ra Curia Messanae Anno salutis 16I2.

Gerolamus Percosmus Segretarius et Prom. Not.s (1).

VII.

Privilegio della Concessione della terra di NOVARA *in favore di Guglielmo Raimondo Montecatini.* An. 1396.

Nos Martinus Dei gratia, Rex Aragonum, et Martinus, eadem gratia, Rex Siciliae. Et si grata, et ardua subiectorum obsequia tenemnr, dignis praemiis compensare, mutuo fortius augimur ea, quae ipsis juxtis titulis ex successionibus, vel donationibus quondum parentum, et consanguineorum pertinent, et spectant ratificare, et confirmare, ac etiam de novo concedere, et donare; praesentis itaque privilegii serie universis: esse volumus manifestum, quod pro parte Nobilis, et egregii *Guglielmi Raimundi de Montecatheno Marchionis Meliveti, Comitis Augustae, et* NUCARIAE, ac regni nostri praedicti Magistri Iustitiarii, et Comptabilis consanguinei, consiliarii, familiaris, et fidelis nostri, fuit nostris Majestatibus expositum, reverenter, quod Nobilis quondam Matthaeus de Palirio *Comes* NUCARIAE, *et dictam terram Tripi*, et plurima alia bona stabilia, phaeudalia, et burgensatica, licet vigentibus guerrarum turbinibus certo tempore a possessione dictorum bonorum aliquatenus fuerit destitutus, demum eo a quibusdam suis emulis invidia concitatis, nequiter interfecto, dictum comitatum, et Baroniam, et omnia alia bona tam phaeudalia, quam

---

(1) Ex Incartamento p.entato in M. R. C. Rationum Panormi die decimo Octobris Tertis Ind.s 1544.

burgensatica ad filios, et filias ejusdem Comitis Matthaei, et eorum legitime descendentes virtute testamentariae dispositionis ipsius juridice pervenerunt, et inter alios ad quondam Nobilem Isabellam Socram praedicti Nobilis Marchionis, ex qua, et Iohanne de Alagona quondam nata fuit Beatrix uxor quondam Egregii Marchionis praedicti, et ex eorum matrimonio nati sunt plures filii, et inter alios Nobiles Mattheus, et Ioannes de Montecatheno, ad quos pro ut dicitur tam virtute testamenti praedicti quondam Comitis Matthaei, quam ex titulo donationum, et jurium cessionum facturum eisdem per Nobiles Mariam, et Luciam de Palicio filias ejusdem Comitis Matthaei dictum Comitatum, et Baroniam, et certa alia bona stabilia burgensatica, et pheudalia, et jura omnia super his competentia, spectant, et pertinent de jure. Unde humiliter nostris culminibus supplicavit, ut eidem, et dictis filiis suis dictum comitatum, et Baroniam cum castro, et caetera bone alia phaeudalia, et burgensatica, et jura omnia super his competentia, et ratificare, confirmare, et acceptare, atque de novo concedere, et donare benigniter dignaremur. Nos autem considerantes gratissima, et accepta servitia, quae idem Nobilis, et Egregius Guglielmus Raimundus praelibato, liberantissimo animo contulit Majestatibus nostris, nullis parcendo laboribus, nulla quomodolibet gravia pericula suarum rerum, propriae personae, atque propriorum uxoris, et filiorum, et fratruum suorum formidando, quae cunctis viventibus nota sunt, nec minus nobis conferre non desinat ipse, et dicti filii sui, et conferre in antea poterint dante domino meliora, eidem Egregio Marchioni in sui vita, et dictis filiis suis Mattheo, et Joanni ex se natis, et dictae quondam Nobili Beatrici, et eorum haeredibus, et successoribus in perpetuum dictum comitatum, et Baroniam, et caetera alia bona phaeudalia, et burgensatica cum castris, terris, vassallis, red-

ditibus, et proventibus cum terris cultis, et incultis, nemoribus, aquis, aquaeductis, molendinis, molendinorum saltibus, et cum omnibus juribus, et pertinentiis suis, et jura omnia quae fuerunt dicti quondam Comitis Matthei de Palicio, rathificamus, confirmamus, et acceptamus, atque de novo conferimus, et donamus sub illis praerogativis, privilegiis honoribus, immunitatibus, jurisdictionibus, gratiis, retentionibus, et servitiis, cum quibus, et in ea forma, qua praefatus comes Matthaeus tempore vitae suae dictum Comitatum et Baroniam, et coetera alia bona tam phaeudalia, quam burgensatica tenuit, et possedit per se, et procuratores, et factores suos. Declarantes ex certa nostra scientia praedictum Comitem Matthaeum de Palicio Serenissimis Principibus foelicis memoriae Regi Friderico, et Regi Petro, atque Regi Ludovico proavo, avo, et patruo nostris reverendis toto tempore vitae suae, fideliter, et legaliter servisse, unde merito praefatum Comitatum, et Baroniam, et cuncta alia bona sua phaeudalia, et burgensatica praesertim tenemur suis nepotibus, et pronepotibus confirmare, et ad majorem cautelam de novo concedere, et donare. Mandantes universis, et Singulis Officialibus Regni nostri, ut praesentem confirmationem, seu novam concessionem, et donationem inviolabiliter observent, et observari faciant, cum firmissimae intentionis nostrae sit, praesens privilegium omnimodam obtinere roboris firmitatem, non obstantibus donationibus, venditionibus, et alienationibus injuste per quoscumque, et in quascumque personas factis, ac etiam non obstantibus praescritionibus quibuscumque, cum plane habemus conscientiam informatum, praefatos filios et descendentes ejusdem Comitis Matthaei post mortem ipsius jus eorum nunquam consequi potuisse, eisdem justitiam super petitione bonorum, quae fuerunt dicti quondam Comitis Matthaei semper fuisse denegatam. Ita tamen quod dicti

Mattheus, et Johannes de Montecatheno haeredes, et Successores sui sint incolae Regni nostri, et praedictum comitatum cum dictis castris, vassallis, et caeteris praemissis, ac terras, et alia phaeuda, et jura in capite a Curia Nostra sub eodem militari servitio tenentur, et cognoscant, et exinde servire ipsi nostrae Curiae, ut praedicitur, teneantur, ac vivant jure francorum, videlicet quod major natus minoribus, et cohaeredibus suis, ac masculus foeminis praeferantur, fidelitate nostra, haeredum, et successorum nostrorum in eodem regno, nec non constitutionibus, et capitulis Excellentissimi Principis Domini Regis Iacobi, olim Aragonum, et Siciliae Regis Illustris dum ipse in Regno Siciliae praefuit editis, ac serenissimorum Principum dominorum progenitorum nostrorum Regum Illustrium dicti Regni, divae memoriae, atque nostris, et praedicto militari servitio, et juribus alterius semper salvis. Ad hanc autem nostrae concessionis confirmationem, et de novo donationis certitudinem, et cautelam, praesens privilegium sibi fieri exinde mandavimus, nostris subscriptionibus, et sigillo pendenti communitum. Petrus Cancellarius, Primogenitus Aragonae. R. mandavit mihi. R. de Cumbis (1).

VIII.

Privilegio della Concessione della terra di NOVARA *in favore di Bartolomeo Gioeni. 16 Gennaio 1397*

Martinus Dei gratia Rex Aragonum, et Martinus eadem gratia Rex Siciliae. Nobili Ludovico de Aragonia

(1) Estratto dal Registro dei privilegi della Real Cancelleria dell' anno ind. 1396 a f. 83; in questo Archivio Generale. — IGNAZIO MAJO, Ufficiale.

Seraticoto Nobilis Civitatis Messanae Consanguineo et Consiliario familiari, et fedeli nostro gratiam Luca attentis meritis et servitiis culminibus nostris diversimode praestitis per Nobilem Bartholomeum de Iuvenio militem regni praedicti Siciliae, cancellarium consiliarium, et fidelem nostrum dilectum, *donavimus et concessimus gratiore dicto Bartolomeo, et heredibus suis de suo corpore legitime descendentibus in perpetuum Castrum et terram Nochariae* cum omnibus vassallis, redditibus et juribus suis universis debitis et consuetis sub debito, et consueto militari servitio prout hoc et alia in oportuno suo privilegio clarius continentur : fidelitati vestrae mandamus quatenus praefatum Nobilem Bartholo meum seu legitima persona pro eo *in corporalem possessionem dictorum Castri et terrae Nochariae et jurium suorum auctoritate praesentium ponatis et inductum manuteneatis, et defendatis*, facientes ei de ipsorum terrae et Castri redditibus, et juribus debitis et consuetis integraliter responderi. Acturi de inductione possessionis ipsius quatuor consimiles quatenus nos forma presentium fines et limites ipsorum particulariter continentes quorum uno vobis retento, alio dicto Nobill Bartholomeo dimisso, tertium officio Nobilis Regni Siciliae Cancellarii, et quartum ejusdem Regni Nobilibus Mag.ris Rationalibus, Consiliariis, familiaribus, et fidelibus nostris sub nostri sigilli impressione transmittere procuretis. Datum Cathaniae sub nostro sigillo magno anno Dominicae Incarnationis millesimo trecentesimo nonagesimo septimo die sexto decimo Ianuarii sextae Indictionis. Petrus cancellarius primogenitor aragonum. Rex Martinus. Dominus Rex mandavit mihi Nos Forcugno praesenti Ben. Cancellario (1).

---

(1) Ex Registro Regiae Cancellariae hujus Siciliae Regni de anno 5 et 6 Ind. 1397 fol. 109 r. existente in Archivio Generali.

IX.

Privilegio della Concessione della terra di NOVARA *in favore del Cancelliere del Regno Bartolomeo Gioeni. 4 Novembre 1398.*

Martinus Dei gratia.—Praesentis privilegii serie notum fieri volumus tam praesentibus quam futuris quod exigentibus dudum meritis, et servitiis Nobilis Bartholomei militis, consiliarii, familiaris, et fidelis nostri dilecti ac Regni nostri praedicti Canchillarii dedimus et concessimus praefato Nobili Bartholomeo suisque haeredibus de suo corpore legitime descendentibus in perpetuum terram NOVARIAE cum eius castro ac hominibus, et mulieribus in eadem terra habitantibus, et habitaturis nec non juribus redditibus, proventibus spectantibus, cabellis hedificiis, pheudis, territoriis, limitibusque tenimentis, ac pertinentiis anniversis tunc nostrae Curae devolutam, apertam, et confiscatam ob rebellionem incauta ac crimen laesae majestates commissa contra Majestates nostras tam per qm. Guillelmum Raymundum de Monte catino, quam ob rebellionem incautam, ac crimen laesae majestates nostras per Mattheom, et Joannem de Montecatino ejus filios ut in dicto privilegio praefato Nobili Bartholomeo inde facto plenius et diffusius continetur; demum vere ad importunam instantiam Universitatis nostrae Nobilis Civitatis Messanae terra ipsa cum ejus Castro, ac certis juribus, et pertinentiis suis tam de facto quam de jure cum dicta terra de sui natura, et antiqua consuetudine semper fuerit Baronia nostro extitit Demanio unita et aggregata; cum autem noviter de mense Octobris proxime praeterito praesentis septimae Ind.s in generali Parlamento per nos in Civitate Siracusae celebrato et demum hic in terra Noti finito; in quibus interfuerunt

omnes Prelati, et Barones huius Regni, et Procuratores nonnullorum Capitulorum Sedium, Cattedalium, et Baronum Regni eiusdem parlamento interesse non poterant nec non Sindici, et Procuratores omnium et singularum universitatum Civitatum terrarum, et locorum Regni nostri praedicti cum trattaretur de terris, et locis ad nostrum demanium spectantibus, et pertinentibus et quod de jure et ab antiquo ad ipsum nostrum demanium spectare possunt ed debeat, et quod censeri deberent baroniae cum matura deliberatione nostri consilii, *ac duodecim personarum in ipso parlamento per eodem Prelatos Barones et Sindicos* universitatum dicti nostri Regni electarum ad decidendum dubia et quaestiones in eodem parlamento motas sive tunc movendas fuit per nos decisum et declaratum *terram ipsam* NUGARIAE *cum ejus Castro, ceterisque juribus membris, et pertinentiis suis fore et esse Baronicm et ad nostrum demanium minime spectare et pertinere debere, sed potius unionem dictae terrae ad demanium nostrum praedictum factam fuisse in praejudicium praefati Nobilis Bartholomei ejusque haeredum praedictorum, et de jure fore cassam, irritam, atque nullam.* Idcirco ad humilem supplicationem per praefatum Nobilem Bartolomeum nostris culminibus nuperium inde factam, attendentes ardua, grandia, et notabilia servitia per eundem Nobilem Bartholomeum nostris Excellentiis in acquisitione et recuperatione hujus Regni multimode praestita personam et bona sua pro nostri nominis exaltatione nostrorumque rebellium extirpatione multis periculis submittendo quae praestat ad praesens et in antea conferre poterit meliora Domino permittente donationem et concessionem factam dicto Nobili Bartholomeo, suisque haeredibus de terra NUCARIAE praedicta, ac eius castro ceterisque juribus, membris, et pertinentiis suis universis, hujus serie acceptamus, ratificamus, et pleno favore regio confirmamus,

dictamque terram NUCARIAE cum ejus Castro ac vassallis, vassallagiis nec non juribus redditibus, proventibus, proprietatibus pheudis, gabellis hedificiis, nemoribus, montibus, planis, aquis, aquae ductibus aquarum decursibus, piscationibus, venationibus, molendinis, molendinorum saltibus, pascuis, pratis, herbagiis, terragiis, territoriis, vineis, campis, viridariis censualibus, justitiis, jurisdictionibus, limitibusque, et tenimentis ac pertinentiis suis universis sint videlicet et quemadmodum, et quibuscumque dictus quondam Guillelmus Raymundus, et Matthaeus et Joannes eius fili seu Comes Mattheus de Palicio eam tenuerint et possiderint praefato Nobili Bartholomeo suisque haeredibus de suo corpore legitime descendentibus in perpetuum sub debito, et consueto militari servitio per eumdem Nobilem Bartolomeum et eius haeredes praedictos nostrae Curiae in perpetuum praestando una videlicet unciarum viginti pro quolibet equo armato secundum annuos redditus et proventus terrae praedictae ac jurium et pertinentiarum eiusdem juxta usum et consuetudinem Regni nostri Siciliae quod servitium idem Nobilis Bartholomeus in nostra Curia praesens se et eosdem haeredes suos nobis haeredibus, et successoribus nostris in eodem Regno facere sponte obtulit, et promisit praestans proinde fidelitatis debitum juramentum, et homagium ore et manibus commendatum juxta sacrum constitutionum imperialium Regni nostri continentiam. Renunciatis que prius sponte per eumdem Nobilem Bartholomeum in manibus nostrae Curiae cabella. Vini terrae Placeae ac juribus gisie, et augustalis nostrae felicis Urbis Panormi quae ex concessionibus dominorum Principum praedecessorum nostrorum Regum dicti Regni, habeat, teneat, et possideat de liberalitate mera et speciali gratia, ac de certa nostra scientia, *nec non cum deliberatione totius nostri consilii praesertim duodecim personarum praedictarum. De novo gratiose*

concedimus, et donamus privilegio antedicto, per quod terra ipsa nostro ut praedicitur demanio fuit unita, et aggregata nullatenus obsistente quod privilegium declaramus fore factum contra jus, et justitiam, et contra naturam dictae terrae quae semper et praemittitur extitit Baronia et nihilominus ad cautelam de certa nostra scientia, et potentia regia legibus absoluta privilegium jam dictum hujus serie cassumus, irritamus, et penitus annullamus, sic quod nullo unquam tempore in judicio vel extra judicium aliquam optineat roboris firmitatem, sed pro casso, vano, irrito, atque nullo penitus habeatur. Nam terram ipsam cum ejus Castro ceterisque juribus, membris, et pertinentiis suis cum praesenti Baronia esse decernimus, et declaramus, ac ab ipso nostro Demanio divisam et penitus separatam juribus tam Canonicis quam civilibus statutis, usibus, ritibus, constitutionibus, et consuetudinibus praemissis, vel aliquo praemissorum contrariantibus nullatenus obstituris. Ita tamen quod dictus Nobilis Bartholomeus et ejus haredes praedicti dictam terram cum ejus Castro, ceterisque juribus, membris, et perninentiis suis in capite a nostra Curia teneant et cognoscant, et exinde servire eidem nostrae Curiae praedicto militari servitio teneantur, ac vivant inde jure francorum, videlicet quod major natu, minoribus fratribus, et cohaeredibus suis, ac masculus feminis praeferatur, et quod si in dicta terra, aut eisdem tenimentis sint aliqui Barones, et feudatarii, qui pro baroniis et feudis eorum servire in capite nostrae Curiae teneantur nobis haeredibus, et successoribus nostris in eodem Regno exinde serviant ut tenentur. Quodque Illi quibus in dicta terra, aut eius pertinentiis, et tenimentis aliqua jura possessiones, et bona per Serenissimos Principes praedecessores nostro dicti Regni Reges vel nos concessa fuerunt et teneant et possideant prout ipsa ipsis per eos vel nos concessa extiterunt. *Retentis tamen et reservatis*

curiae nostrae quae a praesenti donatione omnino excludimus, Juribus lignaminum, si qua in tenimentis, et pertinentiis dictae terrae Curiae nostrae debentur; nec non mineriis salinis, solatiis, forestis, et defensis antiquis quae sunt de nostro Demanio, et Dominio et ea velut ex antiquo ipsi nostro Demanio spectantia ei pertinentia in nostris volumus demanio, et dominio reservari.

Et quod ad ea omnia et singula occasione praesentis concessionis nostrae non extendat aliquatenus manus suas et quod animalia, et equitaturae aratiarum, massariarum, et marescallarum nostrarum libere sumere valeant pascua in territoriis et pertinentiis antedictis, si vero pertinentiae ipsa protenderent usque ad mare ius dominium et proprietas totius litoris, et maritimae pertinentiarum ipsarum in quantum a mari infra terram per jactum balistae; ipsae pertinentiae protendantur tamquam ex antiquo ad regiam dignitatem spectantia et pertinentia in nostris demanio, et dominio reserventur. Et quod dictus Nobilis Bartholomeus, et haeredes sui praedicti sint iucolae Regni nostri praedicti Siciliae, et in eodem Regno nostro haeredum, et successorum nostrorum dominio habitent, et morentur fidelitate nostra, et eorumdem haeredum, et successorum nostrorum, *nec non constitutionibus, et capitulis Serenissimi Principis Domini Regis Iacobi olim Aragonum et Siciliae Regis Illustris dum eidem Regno Siciliae praefuit editis et aliorum praedecessorum nostrorum Regum dicti Regni, atque nostris, dictoque militari servitio, ac nostrae Curiae, et cujuslibet alterius juribus semper salvis.* Ad hujus autem nostrae decisionis declarationis, et confirmationis futuram memoriam et robur perpetuo valiturum praesens privilegium exinde fieri jussimus nostri pendentis sigilla munimine roboratum.—Rex Martinus.

Datum in *terra Noti* per dictum Nobilem Bartholomeum de Juvenio Regni Siciliae cancellarium.

Anno Dominicae Incarnationis Millesimo trecentesimo nonagesimo octavo die quarto Novembris septimae Indictionis. Regnique nostri dicti Regis Aragonum anno tertio dicti Regis Siciliae septimo, et dictae Reginae vigesimo secundo.

Dominus Rex mandavit mihi Jacobo Andreae, in consilio (1).

X.

Privilegio del Re Martino col quale si annalla la concessione della TERRA E CASTELLO DI NOVARA *fatta a Bartolomlo Gioeni e si aggrega al Regio Demanio. — (6 Marzo 1397).*

Martinus, Dei gratia, Rex Aragonum, et Martinus, eadem gratia, Rex Siciliae.

Praesentis privilegii serie notum fieri volumus universis, tam praesentibus, quam futuris, quod in nostri praesentia constituti Sindaci, et Ambaxiatores Universitatis Nobilis Civitatis Messanae exposuerunt humiliter, quod olim imminente rebellione aliquorum Baronum, et aliquarum terrarum, et locorum regni nostri praedicti, nostra Majestas commisit Officialibus, et Universitati Civitatis ejusdem, quod valerent, et possint terras, et castra praedicta, et potissime terras, et castra plani Melacii ad nostram fidelitetem reducere cum potestate libera, et auctoritbate plenaria, omnia, et singula faciendi, quae pro reductione ipsarum, et statu pacifico regni nostri praedicti fuerint, et esse potuerint opportuna, ut in regiis nostris literis inde confectis continetur. Cumque pridie quondam Guglielmus Raymundus de Monte Catheno olim Marchio Meliveti debitae fidelitatis immemor,

(1) Ex Registro Regiae Cancelleriae hujus Siciliae Regni anni 1399, folio 130.

se contra nostras Majestatis rebellaverit una cum suis filiis, specialiter cum Joanne de Montecatheno ejus filio, qui in terra Nuchariae infrascripta praetendebat, et jus habere, et castrum cum terra Nuchariae, quae tunc per eum, vel per dictum Johannem ejus filium possidebantur in suum fatum, concesserit eadem Universitas Civitatis praedictae virtute, et auctorithate antefactae commissionis per nos sibi factae, curans eamdem terram Nuchariae ad nostram fidelitatem reducere, intervenientibus probis viris ejusdem terrae, hominibus, et habitatoribus ipsius, per actum sollemnem promissionem fecerunt, secundum quod eis visum extitit expedire in hoc negotio opportunum, quod sint, et esse debeant semper, et in perpetuum de Demanio Regio, et in libera eorum potestate, secundum quod sunt, et esse consueverunt alia terrae Regiae, et Sacri Regii Demanio, et nullo umquam futuro tempore phoeudum vel Baroniam alicui concederetur, per quae quidem pactu, et promissiones, se ad fidem, et fidelitatem regiam se reduxerunt, alias non ita de facili reducendos, cognoscentes baronorum gravamina. Et supplicaverunt humiliter, ut eamdem promissionem per ipsam Universitatem Civitatis Messanae factam praefatis hominibus terrae Nuchariae acceptare, confirmare, et rathificare, ipsamque terram Nuchariae, Castrum, Homines, et Habitatores ipsius in Regio Demanio recipere, et de ipso Demanio facere, et constituere benigniter dignaremur. Nos vero quia de omnibus, et singulis antedictis nobis plene, et legitime constitit, tam per ejusdem nostrae Commissionis literas, quam per testes probationes, et instrumenta, quae et quas per Magnam Nostram Curiam, propterea inspiri jussimus, et videri, eamdem promissionem factam per Universitatem Civitatis praedictae hominibus dictae terrae, rathificamus, acceptamus, et almo favore regio confirmamus, ac de plena, et matura deliberatione nostri

Consilii pro bono universali pubblico, et comuni dicti Regni nostri, ac pro certa, et rationabili causa excerta nostra scientia, ex libera, suprema, et plenaria potestate legibus absoluta, eamdem terram Nuchariae cum Castro, hominibus, habitatoribus, phaeudis, terris, territoriis, forestis, Nemoribus, herbagiis, vineis, terragiis, censualibus, molendinis, aquis, aquarum saltibus, et decursibus, et juribus omnibus quibuscumque, quovis nomine nuncupantur in nostro Regio Demanio, ac in sinu, et brachiis nostri Dominii, Demanii, et favoris recipimus gratiose, facientes, et constituentes de coetero in perpetuum. et omni futuro tempore eamdem terram cum castro, et suis pertinentiis antedictis, de nostro Demanio, et Dominio antedictis, cui nostro Demanio, et numero terrarum, et locorum nostrorum, eamdem terram cum castro, et juribus suis aggregamus, unimus, et coppulamus, eximentes, et liberantes proinde eamdem terram cum castro, et juribus praelibatis ab omni servitio, obbligatione, et promissione quorumcumque Baronum, et phaeudatarium, qui ad ipsam terram cum castro quocumque modo, titulo, sive causa jus habere praetendant, promittimus etiam Universitati, et Hominibus dictae terrae ad gratiam pleniorem sub nostra regia fide, quod eamdem terram cum castro, et suis pertinentiis nullo temporum futurum a potestate, et manibus nostris, et nostri Demanii abdicabimus, et separabimus, vel alienabimus, nec in Baroniam, vel alienabimus, nec in Baroniam, vel pheudum alicui concedemus, velin alium quoquomodo, vel quoquumque jure, vel quovis alienationis titulo transferemus, concedentes, et promittentes propterea dictis Universitati, et Hominibus, quod si forte in futurum de ipsis terra et castro, et juribus, de toto, vel de aliquo membrorum suorum donationem, vel concessionem aliquam alicui faciemus, quod per subreptionem, et importunitatem petentium, vel inadvertentiam

sine dubio poterit evenire, sit eis licitum, et honestum legitime se defendere, ac adversus, et contra quemlibet, possessionem ipsius terrae capere volentem, justiciae viribus se defendere, et guarentire, atque in Regio Demanio manutere, et conservare. Mandantes nihilominus tenore praesentis privilegii Nobili Regni Sicilia Magistro Justitiario consanguineo, ac Judicibus Nostrae Magnae Curiae, et Straticoto Nobilis Civitatis Messanae praedictae Consiliariis, et Universis, et singulis Officialibus Regni nostri praedicti, praesentibus, et futuris, familiaribus, et fidelibus nostris, quatenus eamdem terram, castrum, et Homines, tamquam, et sic alia loca, et alios homines nostri Demanii trattent, habeant, teneant, et cognoscant, quo ad jura nostri Demanii, promittentes per nos, haeredes, et Successores nostros indicto nostro Regno dictam terram, et castrum, et eorum jura semper, et in perpetuum in nostro Sacro Demanio manutenere, et observare, non obstantibus quibuscumque donationibus, alienationibus, imphaeudationibus, et concessionibus, cuicumque deipsis terra, et castro cum suis pertinentiis, vel de aliquo ipsorum forte factis, et specialiter donatione de ipsis terra, et castro, cum suis pertinentiis facta Nobili Bartholomaeo de Juenio Regni Siciliae praedicti Cancellario, Consiliario, et fideli nostro quoniam ipsam donationem eidem Bartholomeo fecimus, nescientes quod per Universitatem Civitatis Messanae fuerit nostro Demanio applicata, qua donatione, sive concessione, si qua est, et omnes alias, et quascumque sub quavis forma verborum forte factas, de plena, et matura deliberatione nostri Consilii, ac nostra certa scientia, et plenitudine potestatis legibus non subjecta pro bono comuni regni praedicti rescindimus, evacuamus, et penitus annullamus ac si de eis in praesenti privilegio fieret mentio specialis, eorum tenoribus de verbo ac verbum, derogamus, non obstantibus etiam remissionibus,

et restitutionibus factis, sive fiendis in posterum Mattheo, et Joanni de Montecateno nunc nostrae Majestatis rebellibus ad dictam terram cum castro Nuchariae jus habere forte praetendentibus ex successione quondam Comitis Matthaei di Palicio, quas remissiones, et restituimus ad hanc nostram gratiam, et reductionem ad Demanium ex nunc, pro ut ex tunc, pro ut ex nunc intendimus, volumus, et determinamus non extendi, etiam si in illis diceretur, et apponeretur expresse non obstante privilegio, et reductione ad Demanium factis hominibus terrae Nuchariae vel sub quacumque forma verborum in illis reducionibus, et restitucionibus de hac nostra gratia, et reducione ad demanium derogamus, et mentio fieret tacite, vel expresse, nec non legibus, constitutionibus, capitulis, consuetudinibus, statutis, privilegiis, quibuscumque huic nostrae concessioni, gratiae, et reductioni ad demanium forte contrariis, et repugnantibus quoquomodo de certa nostra scientia, et plenitudine potestatis obsignantibus, et derogamus expresse, quas, et quae in omnibus hiis, et singulis supradictis locum nolumus non habere, supplentes nihilominus omne vitium, et defectum, et quamlibet diminutionem, qui, et quae in hiis praedictis omnibus potuerunt, vel possint aliquatenus evenire. In cujus rei testimonium, et robur perpetuo valiturum praesens privilegium exinde fieri, nostroque sigillo magno pendenti jussimus communiri.—Petrus Cancellarius Primogenitus Aragonae, Rex Martinus.—Datum Cataniae per Nobilem Bartholomeum de Juenio Militem Regni Siciliae Cancellarium, Consiliarium anno Domini Incarnationis 1397 die 6 Martii sextae Indictionis, Regnique nostri dicti Regis Aragonum anno secundo, dicti Regis Siciliae sexto, et dictae Reginae vigesimo primo (1).

(1) Grande Archivio di Stato—Regia Cancelleria, anno 1397, vol. 31, f. 94 a 96.

XI.

Perrucchio de Ivenio per mezzo del suo Procuratore Nobile Guglielmo de Clemencie fa il giuramento di fedeltà, per le terre segnate nel diploma, tra le quali NOVARA *a Re Fesdinando figlio di Re Giovanni, cui era successo.*

Die XVII decembris XIII indict. MCCCCLXXVIIII apud panormum nobilis gulielmus de clemencie procurator ut qonstitit vigore procuratori instrumenti celebrati manu notarii ioannis de laudula die VI. instantis mensis decembris viri do.ni perruchi de ivenio tenentis et possidentis terris et castra infrascripta videlicet terram et castra aydoni et petrataglata pro se et sui heredibus de suo corpore legittime descendentibus itaque vivant iure francorum *terram et castrum nogarie* pro se et suis heredibus de suo corpore legitime descendentibus itaque vivant iure francorum terram et castrum vallis sumentis pro se et suis heredibus et successoribus itaque vivant iure francorum terram et castrum castelionis pro se et suis heredibus de suo corpore legitime descendentibus itaque vivant iure francorum terram et castrum motte sancte anastasie pro se et suis heredibus de suo corpore legittime descendentibus casale carboni pro se et suis heredibus et successoribus itaque vivant iure francorum castrum et tonnariam oliveri cum iuribus suis pro se et suis heredibus et successoribus imperpetuum iuxta formam suorum privilegiorum sicuti de possessione qonstitit per testes in numero sufficienti receptos quos una cum procuratione et privilegiis predictis vidit et recognovit pro curie cautela magnificus vir regius qonsiliarius dilectus dominus philippus de perdicario iuris doctor regiique fisci patro-

nus constitutus nobilis procurator ipse procuratorio nomine predicto in presentia illustris et potentis d.ni regni Sicilie viceregis ob mortem serenissimi quondam d.ni nostri regis Ioannis et successionem serenissimi ac potentissimi D.ni nostri D.ni Ferdinandi ejus filii. Castelle aragonum sicilie etc. regiis prestitit atque fecit pro terris et castris predictis iuramentum fidelitatis et vassallaggii et fideliomagium manibus et ore comendatum in forma debita et consueta secundum juris ac regni qonstitucionum imperialium disposicionem in manibus et posse predicti illustris D.ni viceregis illud nomine et pro parte serenissimi et potentissimi D.ni nostri regis predicti ac heredum et successorum suorum in perpetuum recipientis retentis tamen et reservatis regie curiae eis omnibus que in privilegiis ipsarum terrarum et castrorum eidem curie reservantur, natum feudi non mutata servitio militari iuribus regie curie et alterius cuiusqunque semper salvis presentibus spectabili et magnificis dominis magistro iusticiario do.no gaglani et domino archimbao de leonfante aliisque quam pluribus in cuius rei testimonium presens nota facta est loco investitore registrate in officiis protonotari et cancellerie iuxta formam capitulorum regni. Vidit philippus de predicaro regii fixi patronus (1).

XII.

Privilegio per la riduzione al Regio Demanio della terra di Novara. 2 Agosto 1399

Martinus d. praesentis privilegii serie notum fieri volumus Universis tam praesentibus, quam futuris, quod in nostrae Majestatis sospectu personaliter constitutus

(1) Grande Archivio, Protonotaro del Regno. Anno 1479-1480, vol. 1007, f. 107.

Iacobus de Castello Legum Doctor, et Antonius de Humano Cives nostrae nobilis Civitatis Messanae fideles nostri Ambaxatores, et Nuntii Universitatis Civitatis praedictae ad nos serio destinati obtulerunt, et praesentaverunt nostris culminibus quaedam capitula supplicatoria eis tradita per Universitatem praedictam, quibus nos istas fecimus sanctiones, quorum capitulorum, et sanctionum per nos eis factarum, tenor sequitur et est talis.

Memoriali Capituli fatti per li Nobili Iurati di Missina a li Nobili Misseri Iacubu di Castello, et Antoniu di Humana di zo chi hannu a supplicari, et dimandari a supplicari, et dimandari a la Sacra Regali Majistati pri parti di quista Universitati di Missina. In primis supplicari a lu Serenissimu Signuri Re pri parti di la Universitati preditta, chi la Taurmina sia subta la jurisdizioni di Missina, comu ditta lu nostru privilegiu. Placet Regiae Majestati pro ut continetur in privilegio dictae Universitatis Civitatis Messanae super hoc indulto, tamen quod capitula ponantur, et statuantur ad voluntatem Regiae Majestatis. *Item chi la terra di Munforti, di Tripi, et di la* NUARA *siano turnati a lu Demaniu comu conteninu loro privilegii; de hoc conclusum fuit in consilio iam exatto in Civitate Syracusarum.*

Item che tutti li Archivii sianu turnati, et dijanu stari a lu Palazzu di Missina, comu sulia essiri antiquo tempore; et de nova confirmati da li Serenissimi Signuri Re di Aragona, et Re di Sicilia. Placet Regiae Majestati de his, qui facti fuerunt ante annos quinque.

Item Supplicari a lu predittu Serenissimu Signuri Re, chi tutti li Ufficiali, Jurati, Judichi, et omni altru officiali di la preditta Citati, etiam li lasciti di li terri di la plana di Milazzu sianu Missinisi. Placet Regiae Majestati, dum tamen ipsi lives Messanæ eligantur ydoneos de Civitate, electosque transmictant ad regiam Maje-

statem, quae quos noluerit sua electione, duxit statuendos. Et Majestatibus nostris humiliter supplicarunt, ut praeinserta capitula justa sanctiones eorum acceptare, rathificare, et confirmare benignitater dignaremur.

Qua supplicatione ad missa benigniter *dignaremur,* attendentes fidem puram, et devotionem sinceram, quas Universitas hujus Civitatis praedictae, ac omnes singuli de eadem erga Excellentias nostras gesserunt semper, et gerunt, grataque, et affectuosa servitia per eumdem Universitatem necessitatum tempore, et dum opus fuit, fideliter, et constanter praestitu, quae praestat ad praesens et conferre poterit in futurum, dante domino, meliora, praeinferta capitula *juxta continentiam sanctionem per nos eisdem capitulis factarum, hujus serie acceptamus, rathificamus, et pleno favore regio confirmamus; mandantes hnjus serie firmiter*, et espresse Nobili Regni nostri Siciliae Magistro Justitiario consanguineo nostro carissimo, Judicibus Magnae nostrae Curiae, Consiliariis familiaribus, caeterisque universis Officialibus, et subditis nostris, dictorumque Officialium loca tenentibus praesentibus, et futuris, quatenus praeinserta capitula, quae juxta sanctiones per nos eis factas, ratu, et firma habere promittimus, teneant firmiter, et observent, tenerique, et observari faciant, et non controveniant, nec aliquem controvenire permittunt aliqua ratione, vel causa. In cujus rei testimonium praesens privilegium erinde fieri jussimus nostri pendentis sigillis munimine roboratum. Rex Martinus.

Datum Cathaniae per Nobilem Bartholomaeum de Juenio Militem Regni Siciliae Cancellarium, Consiliarium, et familiarem, et fidelem nostrum anno Dominicae Incarnationis 1399 die secundo Augusti, septimae Inditionis, regnique nostri dicti Regis Aragonum anno quarto, dicti Regni Siciliae anno octavo, dictaeque Reginae Vigesimo Secundo.

Dominus Rex mandavit mihi Friderico Officii Prothonotarii Magistro Notario, praesente toto consilio (1).

XIII.

Si espongono le angarie baronali in NOVARA *e specialmente di Bartolomeo de Juenio. — Si domanda facoltà di radunare il consiglio e fare il Sindaco. — All'una e altra domanda risponde il Monarca.*

« Ferdinandus etc.—Vicerex etc. universis et singulis ejusdem regni officialibus algozirijs comissariis et porteris et presertim *terre noharie* cui vel quibus presentes presentate fuerint fidelibus regiis dilectis salutem. fuit nuper nobis *porrecta* supplicatio tenoris seguentis Illustris etc. pro parte hominum et habitatorum *terre noharie* exponitur et supplicatur cum sic lu spectabili don Bartolomeo de Jueni hagia fatto fari un contratto per forza ad alcuni omini dicte terre per lu quali si promettino certi jornati per lu qual contratto si presuponi havirihi intervenuto la universitá quod non est verum ymo chi intervinniro certi pirsuni per vim et forzatamente et plus cum toto hoc lu dictu spectabili promisi in dicto contrattu multi cosi a li dicti habitaturi quali non sindi havi observato ne sindi observa alcuna et quod deterius est licet li esponenti non siano tenuti a dicti jornati tamen circa approbationem contractus vanno per darchi li jornati et lu dictu spectabili non voli jornati ma voli chi si accordano cum ipsu a dinari et per li exponenti non si voliri accordari trova milli scusi chi li esponenti per modo che li havi di facto di lu mundo et perchi li esponenti si intendino disgravari di tanti

(1) Estratto dal Registro dei Privilegi dell'abolita Regia Cancelleria, dall'anno 4, 1396 all'anno 7, 1309 a f. 134 r.

excessivi gravamenti eciam defendirisi di la executioni di li dicti jurnati facta contra li esponenti propter quod è di bisogna fari sindichi et qongregarisi qonsiglo actentis predictis pertanto supplicano V. Illustre S. li vogla qoncediri licencia di potirisi qongregari et fari qonsiglo et si per la majuri parti di lu qonsiglio serrà deliberato farisi li sindachi che dicta universitati li possa fari et creari cum potestate ipsi universitati benevisa agendi et petendi pro ut statuerit ipsa universitas li quali sindachi eligendi habeant facultatem faciendi taxam expensis necessariis ad dictas lites ac exigendi ipsam taxam toties quotiens opus fuerint et omnia alia faciendi pro ut ad eos spectat et hos non revocando sindacos qui ad presens sunt pro animo faciendi novos honos et legales ac fideles et ita supplicant ut altissimus etc. datum panormi VIII marcii III Indictionis 1501. ex parte illustris D.ni pro regis magna regia curia super supplicationem provideat dejusticia cavaleri segretarius visaque exinde et recognita supplicatione pro observatione capitulorum regni opus et quod dictus spectabilis baro de gravaminibus qontentis in supradicta supplicatione audiatur per sacrum regium qonsilium ob quod vobis dicimus et mandamus quatenus dictum spectabilem baronem citari et requiri facere debeatis ut sexto post debeant coram nobis legitime comparere responsurus dicto sacro regio qonsilio et de contentis in supplicatione dire vero citationis predictae coram quibus et quid quid per vos in presenti causa actum extiterit vestris responsalibus licteris formam presentium continentibus nobis magneque regie curie rescribere debeatis sub pena florinorum mille regio fisco applicandorum datum panormi die VIII marci III Indictionis 1500 etsi dictus spectabilis non fecent copiam consimilem presentium in valis et junuis castri et solite ejus habitationis affigere debeatis. datum panhormi die quo supra. Iohannes de lanusa D.nus vicerex mau-

davit mihi Iuliano castelli visa per Ioseph aloysium salvum et blaschum (1).

XIV.

Quistione tra il Barone e l'Università—Si decide a favore di questa.

Ferdinandus etc.—Vicerex etc. nobilibus Juratis terre noharie fidelibus regiis dilectis salutem. fuit nobis nuper ex parte universitatis terre predicte exhibita et interea presentata supplicatio tenoris seguentis. Illustre etc. esponisi interea ad vostra Illustre Signoria pro parti di la università di la terra di la nohara cum sit hagia vertuto litigio et differentia di ipsa universitati et lu baruni di la dicta terra di la nohara et demum per evitari fatighi et intermissioni di tempo sponte dicto magnifico baroni et dicta universitati haiano compromisso la ditta liti et differentia a lo spectabili don consalvo fernandes gran capitano di la sacra regiae maestati lu quali supra la dicta differencia et liti haia determinato et deciso in favori di la ditta universitati comu per litera di lu dictu spectabili grap capitano vostra illustre signoria è certiorata et perchì illustri signuri circa tal liti et differentia su stati spisi multi dinari li quali si divino pagari comuniter per la dicta universitati li quali denari si devino exigiri per minuto da ciasquiduno secondo la taxia fatta per li deputati di quilla universitati et perchì illustri signuri tali taxia non si po fari senza licentia et comandamento di vostra illustre signoria si supplica propterea et interessa quilla per parti di ipsa universitati si digni darili licentia et facultati possano

(1) Grande Archivio—Protonotaro del Regno. An. 1500-1501, vol. 194, f. 6 a 7.

congregari consiglio et fari dicta taxia et exigiri dicti spisi ut altissimus etc. sollima loqumtenens protonotarius, qua supplicatione intellata volendo noi super hoc negotio mature providiri illam decretavimus ut infra. panormi XIIII maii V. Indictionis 1502. ex parte illustri D.ni viceregis magna regia curia super suplicatione providet de iustitia nicolaus sollima locumtenens protonotarius, visaque exinde et recognita supplicatione preinserta cum voto et deliberatione dicte magnae regie curie havimo provisto et cussi — tenore presentium vi damo auctoritati et potestati che vui insembla cum li adiuncti—solino interveniri a simili consigli digiati et pozati congregari consiglio genorali per fari et ordinari la taxia universali per satisfarisi dicti spisi causati per la dicta liti et differentia attento maxime quilli foro facti pro bono publico et comuni utilitate—et facta dicta taxia quilli digiati exigiri per minuto iuxta formam consili detinendo tanto di lu introito quanto de lo exito tucto ad effetto che quillo in futurum possi appariri et quilli forte fussero renitenti a pagari la rata a loro contingenti li pozati expignorari et procediri ad distructionem dictorum pignorum portandovi in omnibus iuxtamenti et legalimenti. datum panormi XV mensis martii V. Indictionis 1502.

JOHANNI DE LA NUSA

D.nus vicerex mandavit mihi nicolao sollima locumtenentis etc. magistro notario in officio protonotarii et vidit eam johannes aloisius blascus salvus et nicolaus de sabia (1).

---

(1) Grande Archivio—Protonotaro del Regno, anno 1500-1501, vol. 198, f. 159 e retro.

XV.

Investitura terrae et baroniae noharie in persona Don Ferrocchio de Juenio.

Die XXII decembris I. Indictionis 1557 apud nobilem civitatem messane et in sacro regio palatio ipsius civitatis nobilis antonius Crupi procurator substitutus prospectabilem *Don consalvum de Juenio* procuratorem principalem pro ut de utroque procuratorio constat videlicet uno celebrato in actis notarii antonii carnpi die VIIII novembris et altero in actis notarii francisci rizzo die XXII ejusdem mensis novembris spectabilis D.ni D.n Perrucchio de juenio tenentis et possidentis *terram et baroniam noharie* pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum ita quod vivant jure francorum videlicet quod major natu minoribus fratribus et coeredibus ac masculus feminis preferatur nec non terram castellionis et casalem carbonis pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum juxta formam sui privilegii sicuti de possessione constat per investituras per eum captus olim die IX januarii XI Indictionis 1549 quas quidem investituras et procurationes superius calendatas pro curiae cautela vidit et novit spectabilis vir regnis consiliarius dilectus dominus Ioannis baptista Seminara utriusque juris doctor regii spectabilis nobilis procuratore ipse in presentia excellentiae illustrissimi domini Don Ioannis de la cerda ducis medina coeli etc. et hujus siciliae regni pro regis et generalis capitanei pro baroniis predictis procuratorio dicto nomine ob renuntiationem et reputationem de hoc Siciliae regno factam per regiam maiestatem caroli V romanorum imperatoris catolicae maiestatis regis Philippi ejus filii primogeniti in recognitionem novi regis prestitit atque fecit juramentum et omagium debite fidelitatis et vassallagi ma-

nibus et ore comendatum in forma debita et consueta juxta sacrarum dicti regni constitutionum imperialium continentiam et tenorem in manibus et posse predicte excelentie sue illud nomine et pro parte prefate catolice maiestatis Philippi utriusque Sicilie anglie francie Hierusalem etc. regis domini nostri invictissimi ejusque heredum et successorum in perpetuum recipientis. retemptis tamen et reservatis regiae curie eis omnibus quae in privilegi dictarum baroniarum eidem curie reservantur natura tamen et forma feudi in aliquo non mutata servitio militari juribus regie curie et alterius cujuscumque semper salvis. presentibus ad haec pro testibus nobilibus joanni antonio de ayello et alfio daidone regie aule porteriis et didaco de paredes aliisque complyribus iu cujus rei testimonium presens nota facta est loco investiture redacta et registrata in officiis regni sicilie protonotarii et regie cancellerie iuxta formam capituli regni nullo tamen per presentem notam generato prejudicio juribus regie curie tacite vel expresse sed semper illesa remaneant.

Vidit D.nus Philippus la rocca pro conservator vidit raimundus seminara pro Fisci patrono nobilis damianus ginebret pro collectore (1).

XVI.

Investitura Principatus Castileonis Baroniorum terrarum Burgii, Comitissae, NOHARIAE, *Aydonis ac feudi Calatamauri in personam eiusdem.*

Die decimo quinto Maii ottavae Indictionis 1655 apud urbem felicem Panormi et in sacro Regio Palatio Urbis eiusdem utriusque Juris Doctor Franciscus Mancini pro-

(1) Grande Archivio—Regia Cancelleria, anno 1557-58, vol. 384, f. 83 retro a 84 retro.

curator ut qonstat vigore procurationis registrate in actis Cesaris columna Curiae Causarum Cammarae Apostolice notarii sub die 24 Martii proximi preteriti transumpatae Panormi in actis notarii Joannis Antonii chiarella sub die primo presentis mensis Illustris D. Laurentii Honofrii columna Joenio et Cardona Principis Castileonis et Baronis Terrarum Burgii Comitissae Nohariae Aydonis ac feudi calatamauri cum feudis in eis existentibus, teneatis et possidentis Principatum Baronias Terras et feuda predicta cum juribus et pertinentiis eorum Universis integro et indiminuto statu mero et mixto Imperio pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum ita quod vivant jure francorum juxta formam suorum Privilegiorum in quibus successit jure proprio ex pacto et providentia principis ob mortem et tanquam filius primogenitus legittimus et naturalis ac indubitatus successor Illustris D. Isabellae de Joenio et Columna olim Principissae Castileonis ac Dominae et Baronissae terrarum et feudorum prescriptorum ejus genitricis ut constat per testes receptos in numero sufficienti per Regiam Curiam Pretorianam sub die 15 instantis de quarum possessione est videre status et principatus Castileonis per acta notarii Antonini Finocchio Castileonis; status et terrae Nohariae per acta notarii Mercuri Puglisi Noharensis, status et terrae Aydonis per acta notarii Vespasiani Bulii Aydonensis, status et terrae Burgii per acta notarii Hyeronimi foresta clusensis, et terrae et status Comitissae ac Baroniae Calatamauri in actis praedictis de foresta sub diebus 13, 16 et 17 februarii et 3 martii prossimi preteriti et de possessionis dictae Illustris quondam D. Isabellae per investituram per eam captam olim die 7 maii V Indictionis 1641. Quam quidem investituram testes receptos per quos etiam constat de morte dictae Illustris quondam D. Isabellae et Cadaver suum sepultum Romae loco depositi in Venera-

bile Ecclesia sanctorum Apostolorum sub die 12 januarii proximo elapsi acta possessionum et transumptum procurationis precalendatum procurationis precalendatum pro Curiae cautela vidit et recognovit spectabilis vir Regius Consiliarius dilectus utriusque juris doctor Don Hyeronimus Guascone Fisci Patronus Tribunalis Regii Patrimonii constitutus procurator ipse procuratorio nomine predicto in presentia Illustrissimi et Excellentissimi D.ni D. Rodorici de Mendoza Roxas et Sandoval Ducis Infantatus etc. pro regiis et Capitanei generalis hujus Siciliae Regni pro Principatu terris et Baroniis praedictis ob mortem et successionem predictam prestitit atque fecit juramentum et homagium debitae fidelitatis et vassallagii moribus et ore comendatum in forma debita et consueta iuxta sacrarum dicti Regni constitutionum imperialium continentiam et tenorem in manibus et posse praefatae Excellentiae Suae illud recipientis nomine et pro parte Sacrae Catholicae et Regiae Maiestatis D.ni nostri Philippi IV Hispaniarum utriusque Siciliae Jerusalem Regis Invictissimi ejusque heredum et et successorum in perpetuum retemptis tamen et reservatis Regiae Curiae eis omnibus quae in Privilegiis dictorum Principatus et Baroniarum eidem Curiae reservantur natura tamen et forma feudi in aliquo non mutata, servitio militari juribus Regiae Curiae et alterius cuiuscumque semper salvis et illesis remanentibus et non aliter nec alio modo presentibus ad haec protestibus Don Marco de Vorseda Camerario Suae Excellentiae et Francisco Bonsignore Regie Aule porterio aliisque quam pluribus in cuius rei testimonium presens nota facta est loco—investiturae redapta et registrata in offittiis Regni Siciliae protonotarii et Regiae Cancelleriae juxta formam capitulorum Regni nullo tamen per presentem notam generate prejudicio juribus Regiae Curiae tacite vel epresse sed illa semper illesa remaneant, et expedita die

16 decembrie IX Indictionis 1655.—Vidit D. Jacobus Cacioppo Fisci Patronus.—Vidit de Cavallariis Regius collector decimae et tareni (1).

XVII.

Investitura Baroniae Terrae Nohariae in personam Illustris D. Hyeronimi de Iuenio et Cardona Ducis Angiò (1703).

Die duodecimo decembris XII Indictionis 1703. Apud urbem felicem Panormi et in sacro Regio Palatio Urbis ejusdem D. Benedictus Falcone Procurator vigore procurationis celebratae in actis notari Christofari Cavarretto Panormi die 25 Octobris XII Indictionis 1703. Illustris D. Hyeronymi de Iuenio et Cardona Ducis Angiò tenentis et *possidentis Baroniam terram Nohariae* cum ejus feudis suisque praeheminentiis et aliis in ea existentibus et ad dictam terram et Baroniam spectantibus et pertinentibus et cum juribus et pertinentiis suis omnibus pro se suisque heredibus et successoribus imperpetuum iuxta formam suorum privilegiorum. In quibus dictus illustris D. Hyeronimus successit vigore contractus transationis et accordii initi et firmati inter dictum illustrem Ducem Angiò cum illustre D. Philippo Columna et Iuenio magno contestabile Regni Neapolis olim Barone dicta *terrae Nohariae* celebrati in actis notarii Francisci Fasello. Panormi die 20 settembris XII Indictionis 1703. Sicuti de possessione dictae Baroniae *terrae Nohariae* et aliorum captam per Reverendissimum Abbatem D. Ioannem Faija uti Procuratorem dicti illustris Ducis Angiò qonstat per actum in actis notarii

(1) Regia Cancelleria, anno 1654-1657, vol. 718, pag. 36 a 38 e retro.

Marii Bucalo dictae terrae *Nohariae* sub die 15 octobris XII Indictionis 1703. Sicuti de possessione dicti illustris magni Contestabilis qonstat per investituram per. eum captam olim die 15 novembris 13ª Ind. 1689 quam quidem investituram actum possessionis contractum transactionis et accordii et procurationem ipsam superius calendatam pro Curiae cautela vidit et recognovit Spectabilis vir Regius Consiliarius dilectus utriusque juris D.r D. Agatinus Guiglia Fisci Patronus Tribunalis Regiae Patrimoni qonstitutus Procurator ipse procuratorio nomine praedicto in presentia Eminentissimi D.ni D. Francisci de Judice Presbiteri di S. Romanae Ecclesiae Cardinalis sub titulo Sanctae Sabinae pro Regiis et Generalis capitanei hujus Siciliae Regni pro baronia terra et aliis predictis ob successionem et transationem praedictam prestitit atque fecit juramentum et homagium debitae fidelitatis et vassallagii manibus et ore commendatum in forma debita et consueta juxta sacrarum dicti Regni Constitutionum imperialium qontinentium et tenorem in manibus, et posse predicte Eminentiae Suae Catholice et Regie Majestatis Philippi quinti Hyspaniarium utriusque Siciliae Hyerusalem Regis D.ni nostri Invictissimi ejusque heredum et successorum imperpetuum retentis tamen et reservatis Regiae Curiae eis omnibus quae in privilegiis dictae Baroniae et terrae ejusdem Curiae reservantur natura tamen et forma pheudi in aliquo non mutata servitio militari juribus Regiae Curiae et alterius cuiuscumque semper salvis et illesis remanentibus et non aliter nec alio modo presentibus ad haec pro testibus D. Benedicto Trachina et D. Benedicto Roccuzzo Regiae aulae porteriis aliisque quam pluribus in cujus rei testimonium presens nota facta est loco investiturae redapta et registrata in officiis Regni Siciliae Protonotarii et Regiae Cancelleriae iuxta formam capitulorum Regni nullo tamen per presentem notam generato preju-

dicio juribus Regiae Curiae tacite vel expressae sed illa semper illesa remaneant. — Vidit Guiglia Fisci Patronus— Vidit Onofrio Regius Collector decimae et tareni (1).

XVIII.

Investitura Baroniae et terrae Nohariae in personam Ill. D. Ageslai Gioeni, et Bonanno Principis Petrullae.

Die trigesima aprilis 1810. Apud urbem felicem Panormi, et in Palatio, sito, et posito in planitie venerabilis conventus S. Mariae Montis Carmeli, ubi ad presens habitat Excellentissimus Dominus Marchio D. Franciscus Migliorini Regius Consiliarius et Segret. Status Sacrae Regiae Maiestatis. D. Franciscus Gaipa Procurator vigore procurationis in tabulis notarii D. Salvatoris Scibona Panormi die 2 aprilis 1810. Illustris D. Ageslai Gioeni, et Bonanno Principis Petrullae, Ducis de Angió, montis Leti, *et Baronis Terre Nohariae, tenentis, et possidentis Baroniam et Terram predictam Nohariae* cum ejus phaeudis, juribus, et pertinentiis suis omnibus pro se suisque heredibus et successoribus, in perpetuum juxta formam suorum privilegiorum et scripturarum. In quibus quidem Baronia, et terra Nohariae dictus. Illustris D. Ageslaus successit jure proprio uti filius primogenitus legittimus, et naturalis, indubitatus successor, ac haeres universalis universalis quondam Illustris D. Joannis Gioeni Principis Petrullae et Ducis de Joenio ejus patris, vigore sui sollemnis testamenti aperti, et publicati in tabulis quondam notari D. Laurentii Generale. Panormi sub die 7 novembris

---

(1) Grande Archivio—Regia Cancelleria, anno 1703-1704, vol. 817, f. 203 a 204 retro.

1797 et de morte ejusdem quondam Illustris D. Joannis secuta die 4 predicti mensis novembris 1797 gonstat per fidem Venerabiiis Parochialis Ecclesiae Sancti Nicolai de Kalsa hujus praedictae urbis, facta sub die 12 mensis maii anni currentis sicuti de possessione ejusdem qonstat per investituram per eum olim captam sub die 4 aprilis 1775, et antequam terminus copiendi presentem invertituram periisset, fuere obtentae nonnullae prorogationes prima quarum sub die 4 novembris 1798, per quam fuit dictum, solutis juribus Regiae Curiae, et officialibus prorogetur ad menses decem a die finis, et ultima sub die 2 Junii 1809, ad alios mensem undecim etiam a die finis, quas quidem prorogationes capitulum Testamenti fidem mortis, procurationem et investituram superius calendatam pro curiae cautela vidit et recognovit Illustsis Marchio D. Joachim Ferreri R. C. P. H. et Fisci Patronus Tribunalis Regi Patrimoni constitutus Procurator ipse procuratorio nomine predicto in presentia prefati Excellentissimi Domini de Migliorini pro Baronia, et terra predictis, ob mortem, et successionem predictum prostitit, atque fecit flexis genibus juramentum et homagium debite fidelitatis, et Vassallagii manibus et ore comendatum in forma debita et consueta juxta sacrarum huius Regni Constitucionum imperialium continentiam et tenorem in manibus, et posse ejusdem Excellentissimi D.ni de Migliorini illud recipientis nomine et pro parte Sacrae Regiae Maiestatis Ferdinandi (D. G.) Regis utriusque Siciliae Hyerusalem Hyspaniarum Infantis Ducis Parmae Placentiae Castri etc. magni Ereditarii Etruriae Principis ejusque heredum et successorum imperpetuum. retentis tamen et reservatis Regiae Curiae omnibus quae in privilegio dictae baroniae et terrae eidem Curiae reservantur natura tamen et forma phaeudi in aliquo non mutato; et hoc cum obligacione quinque aequorum Regiae Maiestatis Suae — ut

perfidem officii illustris Conservatoris Generalis Regni Patrimoni sub die 20 aprilis 1810. remanentibus semper salvis et illesis juribus Regiae Curiae, et alterius cujuscumque et non aliter nec alio modo. Presentibus ad hac pro testibus D. Ioseph Travali, et D. Francesco Bracco Regiae Aule Porteriis, aliisque quam pluribus. In cuius rei testimonium praesens nota facta est loco investiturae redacta et registrata in officiis regni Siciliae, Prothonotarii et Regiae Cancelleriae iuxta formam Capitulorum regni nullo tamen per presentem notam generato prejudicio juribus Regiae Curiae, sed illa semper illaesa remaneant.

Vidit Ferreri R. C. F. P. — Vidit Dragonetti R. Collector (1).

XIX.

Noara è posta tra le terre dubbie e viene dichiarata de baronia.

Primo quemadmodum, qualiter, et quomodo sit Regia domus ordinanda?

Ad quae humiliter, et devote cum reverentia sic respondetur:

Ad primum, quod illustris Serenissimus Dnus praedictus revocet, advocet, et recuperat, et in suis manibus reponat omnes insulas, Civitates, terras, et loca, ac castra Demanii, quae per alios detinentur in Baronia, sive rectoria, ipsaque applicet in suo dominio; nec alicui deinceps concedat, sive in rectoria, sive Baronia, sed constituat in ipsis suos simplices Capitaneos annales, et officiales: et sic reditus, et proventus eorum libere per-

(1) Grande Archivio, Regia Cancelleria, Anno 1809-1810, vol. 1067, f. 73 a 74.

veniant ad Regiam Cameram, ut possit domum suam ordinare, et honorifice vivere.

Placet Regiae maiestati contenta in dicto capitulo; verumtamen, quia dubium est super aliquibus terris, et locis, utrum sint de Demanio, vel de Baronia, ideo dicta regia Maiestas eliget duodecim personas, videlicet sex de consilio suo, et sex alia de universitatibus, per eas eligendus, cum quorum consilio dicta regia maiestas declarabit dictas terras, et loca dubia debere esse de Demanio, vel de Baronia.

Placet praeterea dictae regiae maiestati revocare omnes, et singulas rectorias Civitatum, terrarum, et locorum de Demanio.

Post praedicta, pro dicta declaratione fienda de dictis terris, et locis dubiis, fuerunt electae per eandem regiam maiestatem sex infrascriptae personae, videlicet Reverendissimus Cardinalis (Nempe Petrus Serra Praesul Catanensis, ab antiquo Benedicto XIII Romanae Ecclesiae Cardinalis renunciatus) nobilis Comes Bernardus de Capraria (Omnium Procerum, qui cum Martino in Siciliam trajeserunt, facile princeps, quique potissimam operam Martino praestitit in Regno adversos eos, qui contra stabant, sibi vindicando), Raymundus Xatmar miles (hic etiam ab Hispania in Siciliam cum Martino migravit, tantumque prudentia reipubblicae regendae excelluit, ut ejus consilio Rex imprimis uteretur), Nicolosius Crisaphi, Regni Siciliae, una cum sociis, Magister rationalis, Jacobus de Aritio miles Regni Siciliae Protonotarius, et Corradus de Castello miles. Et per dictas universitates fuerunt electae aliae sex personae infrascriptae, videlicet, Salimbenius de Marchisio, et Jacobus Denti legum doctores, et Magnae Regiae Curiae Judices, Novellus Pedilepori de Syracusia miles, Raynaldus de Landolina de Notho miles Luas de Comerio de Panhormo, et Notarius Vitalis de Falesio de Agri-

gento. Cum quorum omnium predictarum duodecim personarum concordi consilio praefata Regia Maiestas posuit coram conspectu suae Serenitatis terras infrascriptas, tanquam dubios, scilicet, an esse debeant de Demanio, vel de Baronia, videlicet Monforte, Tripi, la NUARA, Vizini. Sanfratello, Sancto Philippo de Argirione, Calatavuitnri, Calatafimi, cum Comitatu Iuliana, Avula et Castighiuni: et discussus plene, et examinatis omnibus, et singulis rationibus, quae faciebant, et facere poterunt in dicta dubietate terrarum, an essent, seu esse deberent de Baronia, vel de Demanio, cum maturo et concordi consilio dictarum duodecim personarum, ipsa Maiestas declaravit, decisit, et determinavit ad plenum dubietatem iam dictam per hunc sequentem modum, videlicet, quod dicta terra cum castro Montis fortis, sit, et esse debeat de Baronia, et sic remaneat nobili Joanni de Cruillas, vigore Regiae donationis de ipsa terra, et castro sibi factae; ita quod renunciet, et dimittat castrum de l'Ucchialà pro nobili Calcerano de Sancta Pace, ut dicetur infra.

...Item quod dicta terra cum castro *Nohariae* sit, et esse debeat de Baronia, et sic remaneat in Baronia Nobili Bartholomeo de Iuvenio, Regni Siciliae Cancellario, vigore Regiae donationis, de ipsis terra, et castro sibi factae; ita quod idem Nobilis Bartholomeus renunciet, et dimittat omnes, et singulas gabellas, collectas, seu Regias subventiones, tractus, et alia omnia, et singulas jura, quae habet in, de, et super secretiis, terris, et locis Regii Demanii, quocumque nomine nuncupentur, et sint; sicque omnia ipsa jura restituantur, et reducantur regie curiae, prout antiquitus erant (1).

---

(1) Haec, et conseguentia capitula statuta fuerunt in conventu Syracusis habito anno 1398. 5. Nonas Octobris,

XX.

Luca Barbieri — Nuharie terra — Anno 1500.

Memini invittissime Princeps : tue me alias notificasse celsitudini : ac per hoc te ignorare non debere quascumque regni demaniales terras et feuda civitatibus dum taxat exceptis ex regni natura et antiqua consuetudine ac constitucionibus in regales consanguineos ex recta regali linea descendentes pro eorum hereditate et status sustentatione licite transferri posse illisque donari aliter namque qui ex regali provenient stirpe primo genito excepto, cui regnum competit tanquam illegitimi haberentur et tractaverunt quod equidem absurdum videtur. cum igitur de noharie terra in valle nemorum et demine hujus Sicilie regni posita quod sentiam tuo regio iussu exponere oporteat : dico quod illam sub regii demanii jugo persistentem serenissimus rex Federicus quondam Vinchiguerre de Aragonia, regni cancellario, sua ex regali progenie genito ejusque heredibus suo de corpore legitime descendentibus cum bellorum anfractibus — ad ipsius manus jam devenisset concessit sicuti in ipsius regio privilegio dato cathanie XVIII februari III Indictionis 1364 et in regie cancellarie dicti anni libro foleo primo notato continetur.

Cumque rex idem mox mente conciperet terram ipsam

---

de quo haec habet Fasellus dec. 2, lib. 9. Conventum postea Rex apud Syracusas mense Octobri 1398, 7. Indict. habuit, in quo Siculos omnes fideles, se sui studiosissimos declaravit; et paucis interjectis: decreto pubblico sancivit, quae oppida Regis, quae procerum essent.

Capitula Regni Sicillae, vol. 1, pag. 129. Ed. Panormi, 1741.

et castrum *Noharie* ob illorum situm cum in plano melatii existant a messana civitate in qua moram trahere ut plurimum qonsueverat non distare eamdemque terram suo regali animo conversationique valde gratam esse ejusque oblectationibus aptissimum : in qua ob loci vicinitatem et venationis qomodum defessum animum renatu reficere et recreare facilius poterat, illam recuperare et suo regio demanio iterum restituere curavit, unde de eadem pro turtureti terra que nonullis de causis ipsi regio demanio devoluta fuerat cum prenominato vinchiguerra de aragonia non obstante quod ipse rex terram turtureti eamdem ad ejusdem universitatis supplicationem prelibato demanio reduxisset et applicasset permutacionem fecit, ad quod peragendum sanguinis nexu se astrictum extitisse asseruit. Quemadmodum in ejus regio privilegio in regie cancelleria libro anni 1371 in carta 47 notato hec et alia diffusius exprimuntur.

Ipso demum rege Federico defunto ac serenissimo rege martino eodem in regno postmodum succedente, quo tempore regnum ipsum bellorum discriminibus a nonullis tirannice occupatum destinebatur quondam *Guillelmus raymundus de montecatheno* tunc meliveti marchio coram eodem rege martino comparens, illique exponent qondam matheum de palicio comitatum terre *Noharie* antedicte ac terram tripi, aliaque feudalia et burgensatica tenuisse, illisque bellorum revolucionibus aliquando destitutum fuisse eodemque inter id temporis a quibusdam eius emulis invidia obsecatis, nequiter interfecto sui testamenti vigore ipsum *noharie* comitatum terramque tripi ac cetera illius bona ad ejusdem comitis filios et filius eorumque legittime descendentes, et inter alios ad qondam Elisabeth ipsius guillelmi raymundi marchionis socrum devenisse : ex qua et Joanne de alagona jugalibus qondam beatricem ipsius gullielmi raymundi marchionis uxorem natam et procreatam fuisse

etiam assereret ex quibus gulielmo raymundo et beatrice consortibus plures filios et inter alios matheum et ioannem de montecatheno genitos extitisse similiter enarraret quibus matheo et ioanni tam virtute dicti testamenti per prelibatum comitem matheum de palicio facto quum ex titulo donationum et jurium cessionum per mariam et lunam — de palitio prefati comitis mathei filias de ipsis comitatu *noharie* et terra tripi qompetere etiam exponeret ab ipso rege martino nulla alia exquisita informatione de ipsi *noharie* et tripi terris ad ejus vitam et post ipsius mortem, pro eisdem matheo et ioanne filiis suis et dicte beatricis illorumque in perpetuum heredibus et successoribus sub consueto militari servicio concessionem reportavit, pro ut in ipsius regis martini privilegio in regie cancellarie libro anni 1396, V Indictionis in carta 92 notato latius exaratur.

Nihilominus ipsa in cancellaria titulus non apparet aliquis quo percipi possit eandem *noharie* terram ad illos de palicio cessisse ; quam obrem cum per nulla publica et legittima documenta constiterit dictum comitem matheum de palicio legittimum concessionis dicte *noharie* terre titulum habuisse, nec etiam reperiatur prefatam beatricem ipsius gulielmi raymundi marchionis conjugem ab ipso comite matheo de palicio legitime descendisse minusque appareat de recta linea et genealogia dicti Comitis mathei de palicio usque ad prelibatam beatricem dico concessionem ipsam in regii demani prejudicium fieri non potuisse nec debuisse. Attencta tamen regni proserum in fidelitate, quam contra dictum regem martinum perpetrare non dubitarun' necessitatemque ipsius regis qonsiderata opinor ipsum regem martinum ad dictam concessionem faciendam nen ei constito de titulo dicti comitis mathei de palicio ac de vera ejus genelogia usque ad dictam beatricem ut supra facile condescendisse et quod hoc sit verum patet nam rex

idem martinus prefato gulielmo raymundo de montecatheno ultram terram ipsam *noharie* marchionatum praedictum molivetanum ac terras nari sutere delie mussumellis gibillinorum fabarie muxari montisclari guastanelle misnemenii minei munjalini et ferule concessit et dedit ut in ejus regio privilegio in regie Cancellarie libro anni 1396 V. Indictionis in cartis 158 notato exponitur.

Praeterea idem gulielmus raymundus de monthecatheno ejusque sibi contra ipsum regem martinum rebellionem deinde patrarunt, ob quod per magne regie curie sententiam in cathaniensi castro XVI novembris. VI indictionis 1397 latam in rebelles declarati fuere, quam ob rebellionem cum illorum bona et terre prenotate devoluta regie curie extitissent, rex martinus ipse qondam bartholomeo de juenio suisque heredibus eius de corpore legittime descendentibus sub consueto militari servicio terram ipsam *noharie* concessit sicuti suo in regio privilegio dato cathanie XVI januarii, VII indictionis 1397 et in regie cancellarie libro anni 1399 in cartis 183 notato late patet.

Ipsoque bartholomeo de juenio defuncto sibi, eadem in *noharie* terra successit petronius de juenio ejus filius, qui a tunc pro regibus XVI martii VIII indictionis 1414 che terra ipsa investituram obtinuit.

Deficiente exinde eodem persona de juenio sibi in eadem *noharie* terra sucessit bartholomeus de juenio illius filius de quo investitura non apparet. Quo bartholomeo decedente sibi eadem in terra successit perruchius de juenio ejus filius qui a tunc pro regibus de illa XXIII augusti p. Indictionis 1453 investituram in regie cancellarie dicti anni libro in cartis 684 notatam reportavit.

Eodemque perrucchio de juenio sue finem vite in ponente sibi in dicta *noharie* terra successit bartholomeus de juenio ejus filios qui de illa a ferdinando de acugna tunc regni pro regi investituram in regie cancelleria

libro anni 1914 in cartis 341 notatam habuit in presentiam.

Etiam in presentiam anno 1512 decurrente, ipsa *noharie* terra per eumdem bartholomeum de juenio possidetur et reddit anno quolibet, uncias.

Pretermitendum tamen non censui inclite rex quin exponam quod cum regnum variis bellorum tumultibus concitaretur terra ipsa *noharie* per prenominatum regem martinum regio fuit reducta demanio quemadmodum per eius amplissimum privilegium in regie cancellarie libro anni 1396 in cartis 94 notatum videri potest cujus tenor est huiusmodi scilicet:

Martinus dei gracia rex aragonie et martinus eadem gratia rex sicilie etc. per presentis privilegii serie notum fieri volumus universis tam presentis privilegii serie notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris quod in nostra presentia constituti Sindici et ambaxiatores universitatis nobilis civitatis messane exposuerunt humiliter quod olim in minente rebellione aliquorum baronum et aliquarum terrarum et locorum regni nostri predicti nostra maiestas commisit officialibus et universitati civitatis ejusdem quod valerent et possent terras et castra praedicta et potissime terras et castra plani melacii ad nostram fidelitatem redducere cum potestate libera et auctoritate plenaria omnia et singula faciendi que pro reducione ipsarum et statu pacifico regni nostri predicti fuerint et esse potuerint oportuna, ut in regiis nostris litteris inde qonfectis continetur, cumque pridie qondam guilelmus raymundus de montecatheno olim marchio meliveti debite fidelitatis in memor se contra nostras maiestates rebellaverit una cum suis filiis specialiter cum joanne de montecatheno eius filio qui in terra *noharie* infrascripta pretendebat ius habere et castrum cum terra *noharie* que tunc per eum vel dictum ioannem eius filium possidebantur in suum factum con-

cesserit eudem universitas civitatis predicte virtute et auctoritate antefacte concessionis per nos sibi facte curans eandem terram *noharie* ad nostram fidelitatem reducere intervenientibus probis viris eiusdem terre hominibus et habitatoribus ipsius pactum et sollemnem promissionem fecerunt secundum quod eis visum extitit expedire in hoc negotio oportunum *quod sint et esse debeant semper et in perpetuum de demanio regio et in libera eorum potestate secundum quod sunt et esse consueverunt aliae terrae reginae et sagr e regii demanii: et nullo unquam futuro tempore in feudum vel baroniam alicui concederetur per que quidem pacta et promissiones se ad fidem et fidelitatem regiam se reduxerunt alias non ita de facili reducendas cognoscentes baronorum gravamina et supplicaverunt humiliter ut eandem promissionem per ipsam universitatem civitatis messane factam predictis hominibus terre* NOHARIE *acceptare ratificare et confirmare ipsamque terram* NOHARIE *castrum homines et habitatores ipsius in regio demanio recipere et de ipso demanio facere et constituere benigniter dignaremur.*

Nos vero quia de omnibus et singulis antedictis nobis plene et legittime constitit tam per eiusdem nostres commissionis literas quam testes probationes et in instrumenta que et quas per magnam nostram curiam propterea inspici iussimus et videri eandem promissionem factum per universitatem civitatis predicte *hominibus dicte terre ratificamus acceptamus et pleno favore regio confirmamus ac de plena et matura deliberacione nostri consilii pro bono universali publico et comuni dicti regni ac pro certa et rationabili causa ex certa nostra scientia ex libera suprema et plenaria potestate legibus absoluta eandem terram* NOHARIE *cum castro hominibus habitatoribus feudis terris territoriis forestis nemoribus herbagiis vineis terragys censualibus molendinis aquis*

aquarum saltibus et decursibus et juribus omnibus quibuscumque quoris nomine noncupentur in nostro regio demanio ac in sinu et brachys nostri dominii et favoris recepimus graciose faciente et constituentes de cetero in perpetuum et omni futuro tempore eandem terram cum castro et suis pertinentiis antedictis de nostro demanio et dominio antedictis cui nostro demanio et numero terrarum et locorum nostrorum eamdem terram cum castro et iuribus suis agregamus unimus et coppultamus exhimentes et liberantes pro inde eandem terram cum castro et juribus prelibatis ab omni servitio oblatione et promissione quorumqumque baronum et feudatariorum qui ad ipsam terram cum castro quocumque modo titulo sine causa iussu habere pretendant.

Promissimus et universitati et hominibus dicte terre ad graciam pleniorem sub nostra regia fide per eandem terram cum castro et suis pertinenciis nullo tempore in futurum a potestate et manibus nostris et nostri demanii abdicamus et separabimus vel alienabimus nec in baroniam vel feudum alicui concedemus vel in aliem quoquomodo vel quocumque iure vel quovis alienationis titulo transferemus, concedentes et promittentes propterea dicti universitati et hominibus quod si forte in futurum de ipsis terra et castro et iuribus de toto vel de aliquo membrorum suorum donationem vel concessionem aliquam alicui faciemus quod per surreptionem vel importunitatem potentium vel in advertentiam sine dubio poterit evenire sit eis licitum et honestum legitime se tueri ac adversus et contra quenlibet possessionem ipsius terre capere volentem iusticie juribus se defendere et guarentire segue in regio demanio manutenere et conservare.

Mandantes niholominus tenore presentis privilegii nobili regni sicilie magistro iustitiario consanguineo ac judicibus magne regie curie et straticoto nobilis civitatis

messane predicte consiliariis et universis et singulis officialibus regni nostri predicti presentibus et futuris familiaribus et fidelibus nostris *quatenus eandem terram castrum et homines tamquam et sicuti alia loca et alios homines nostri demanii tractent habeant teneant et cognoscant quo ad iura nostri demanii.*

Promittentes per nos heredes et succesrores nostros in dicto nostro regno dictum terram et castrum et eorum jura semper et imperpetuum in nostro sacro demanio manutere et observare non obstantibus quibusqumque donationibus alienationibus infeudationibus et concessionibus cuicumque de ipsis terra et castro cum suis pertinenciis facta nobili bartholomeo de iuenio regni sicilie predicti cancellario consiliario et fideli nostro *quoniam ipsam donacionem eidem bartolomeo fecimus nescientes quod per universitatem civitatis messane fuerat nostro demanio applicata.*

Quam donationem seu concessionem si qua est et omnes alias et quos cumque subquavis forma verborum forte factas de plena et matura deliberacione nostri consilii ac nostra certa scientia et regia potestate legibus non subiecta *pro bono comuni regni predicti rescindimus enervamus et penitus anullamus ac si de eis in presenti privilegio fieret, mentio specialis eorum tenoribus de verbo ad verbum derogamus non obstantibus etiam remissionibus et restitutionibus factis seu faciendis imposterum matheo et ioani de monte catheno nunc nostrae maiestatis rebellibus ad dictam terram cum castro* NOHARIE *jus habere forte pretendentibus ex successione quondam comitis mathei de palicio quas remissiones et restitutiones ad hanc nostram graciam et reddutionem ad demanium ex nunc pro ut ex tunc et ex tunc pro ut ex nunc intendimus volumus et determinamus non extendi etiam si in illis diceretur et appeneretur expresse non obstante privilegio et reductio-*

ne ad demanium factis hominibus terre NOHARIE *vel sub quasumque forma verborum nullis reductionibus et restitutionibus de hac nostra gratia et reductione ad demanium derogamus et mentio fieret tacite vel expresse nec non legibus constitucionibus capitulis consuetudinibus* statutis privilegiis quibuscumque huic nostre concessioni gracie et redducioni ad demanium forte contrariis et repugnantibus quoquemodo de certa nostra scientia et plenitudine potestatis obsistentibus derogamus expresse quas et que in his omnibus et singulis supradictis locum volumus non habere supplentes nihilominus omne vicium et defectum et quamlibet diminutionem qui et que in his predictis omnibus potuerunt vel possent aliquatenus evenire in cuius rei testimonium et robor perpetuo valitu non presens privilegium ex inde fieri nostroque sigillo magno pendenti iussimus qomuniri primus canc primogenitus aragonie rex martinus.

Datum Cathanie per nobilem bartholomeum de iuenio militem regni sicilie cancellarium consiliarium etc. *anno dominice incarnationis 1397 die VI martii VI indictionis regnique nostri dicti regis* aragonum anno secundo dicti regis sicilie VI et dicte regine XXI.—D.nus Rex mandavit mihi.

Decursis tamen exinde annis fere tribus quo tempore siracusanum colloquium celebratum extitit rex ipse martinus eodem cum consilio taliter providit scilicet: cum quarum omnium predictarum XII personarum concordi consilio prefata regia maiestas posuit coram qonspectu sue serenitatis terras infrascriptas tamquam dubias stili scilicet an esse *deberent de demanio vel de baronia videlicet: monforti, la* NOHARA, *tripi* etc. *tandem* ita fuit per tabulam dicti siracusani consilii provisum ut seguitur. Item quod dicta terra cum castro NOHARIE sit et esse debeat de baronia sit et remaneat in baronia nobili bartholomei de iuenio regni sicilie cancellario vigore regie do-

nationis de ipsa terra et castro ipsi facte itaque ipse nobilis bartholomeus renuntiet et dimictat omnes et singulas tabellas collectas seu regias subventiones tractas et alia omnia et singula iura que habet inde et super secretis terris et locis regii demanii quocumque nomine noncupentur: et sint sic quod omnia jura restituantur et redducantur regie curie pro ut untiquitus erant.

Ulterius vero idem bartholomeus inde ad aliquos dies virtute dicte asserte declaracionis sive provisionis nulla facta mentione de iure tertii et sui privilegii quod transivit in vim contractus de confirmatione huiusmodi *noharie* terre a dicto domino rege aliud privilegium in sui favorem reportavit. dicta universitate NOHARIE incitata et inaudita datum nothi per eumdem bartholomeum tanquam *regium cancellarium anno 1399 IIII novembris VII indictionis* notato in libro dicti anni folio 175, *quod realiter in eius propria causa tam pro regio honore quam pro dicte universitatis prejudicio fieri de iure non poterat*. Tamen huiusmodi declaratio in tertiis ac regii demanii prejudicium pacto aliquo fieri multis de causis quas brevitatis causa obmitto non poterat, et presentim per hec verba in privilegio universitati NOHARIE ante concessionem prelibato bartholomeo de iuenio facta concessio appositam, scilicet *promittentes per nos et heredes et successores nostros in dicto nostro regno dictam terram et castrum et eorum jura semper et in perpetuum in nostro sacro demanio manuteri et observari etiam quia singulas de dicta terra donationes aliis factas et precise illam prefato bartholomeo de iuenio concessam revocavit, cum illum Rex ipse inscius fecisset*: ut dixit per hec verba scilicet: *Quoniam ipsam donacionem eidem bartholomeo fecimus, nescientes quod per universitatem civitatis messane fuerat nostro demanio applicata*.

Licet ipse bartholomeus de iuenio ante predicti con-

silii celebrationem de dicta NOHARIE terra possessionem nunquam habuerit et ideo nullum dominium neque directum neque utile immo - de hujusmodi privilegio NOHARIE universitati demaniali concesso claram habuit noticiam et conscientiam. Nam tanquam cancellarius datam in illo, ut moris erat, apposuit, et tanto magis quod declaratio antedicta siracusano in colloquio facta nullam — de clausola derogatoria eodem in privilegio NOHARIE posita quando illam ad demanium reduxit mentionem facit ipsoque siracusano in qonsilio ipsa reductio ad demanium iurata comprehensa non extitit.

Cum generalis commissio que cum iuramento contenduntur non includat, minusque idem universitati ius quesitum servitiis — precedentibus tolli potuit, quandoquidem universitas ipsa maximo cum eius discrimine ob tiranicam potentiam illam occupatam detinentem : ad fidem regiam convolavit et ad altius regia curia sive ipsa universitas ad iustam extimationem servici per dictum bartholomeum de iuenio cancellarium prestiti teneretur.

Sed quia de ipsa terra NOHARIE inferius etiam in capitulo tonarie sancti nicholai de bondorini et granorum amanfaragii tonariarum panhormi, in cartis... nonnihil dixi, propterea dictum capitulum inspiciatur (1).

XXI.

NUHARIAE *Terra—Capibrevia di Luca Barberi.*

Terra NOHARAE sitá et posita in Regno Siciliae ultra farum in valle quae vocatur Vallis nemorum, antiquitus erat de sacro regio demanio, ut inferius in allegatione

(1) Grande Archivio — Barberi Capibrevia — Vallis Deminae — f. 622 a 628.

mea clare patebit. Tamen ad informationem catholici Domini nostri Ferdinandi Regis quomodo et qualiter isti de Iuenio possidentur terram ipsam, dico quod prima facie severissimus Rax Martinus ob rebellionem et ingratitudinem detestandam ac crimen lesae maiestatis per condam Guglielmum Raymundum de Montecàteno olim marchionem meliveti ac Matheum et Ioannem ejus filios sequaces et haderentes contra sacram coronam dicti Domini Regis nempharie commissa et perpetrata propter quae omnia eorum bona fuerunt R. C. devoluta et confiscata. ut dicitur constasse et apparuisse per sententiam M. R. C. contra eosdem Guglielmum Raymundum ejusque sequaces et adherentes omnibus solemnitatibus, quae in talibus requiruntur observatis, die 16 novembris *6 indictionis 1392*, terram eamdem cum castro NOGARIE quae tunc possidebantur per eumdem Guglielmum Raymundum de Montecateno Bartholomeo de Iuenio suisque heredibus et ejus corpore legitime descendentibus sub debito consueto militari servitio concessit et perpetuo donavit, ipsaque terra et habeant teneant et possideant qualiter cumque V. C. pertineat. ad eamdem devoluta extitit tam ob rebellionem causa dicti de Montecateno, quam ex altero qualitercumque cum pacto et conditione quod si forte aliquo futuro tempore contigerit item dominus rex eidem Matheo et Iohanni filius dicti Guglielmi Raymundi remissionem faceret generalem vel specialem quod huiusmodi remissio nullatenus includat in se restitucionem dictae terrae cum ejus castro ceterisque membris et pertinentiis suis quantumque in eadem clausula derogatoria contineantur et si de dicto privilegio fieret mentio specialis et expressa ut et quemadmodum haec et alia diffusius continentur in quodam privilegio dicti Domini Regis Martini datum Cathaniae per eumdem Bartholomeum de Iuenio tunc exercentem officium regii cancellarii die *16 januarii, 6 indictionis 1397*, notato

in libro anni 1399, 7 indictionis, fol. 183, constitutionibus tamen et capitulis domini Regis Iacobi et aliorum retro Regum super demanialibus editis semper salvis.

Quo quidem Bartholomeo de Iuenio mortuo successit sibi in dicta terra et castro Perronus de Iuenio ejus filius legittimus et naturalis ac maior natu qui habuit a Dominis Viceregibus qui tunc erat in Regno tempore vitae, serenissimi Domini regiis condam Ferdinandi confirmationem dicti privilegii et investiturarum factarum *Cataneae 16 martii 8 indictionis 1414.*

Ipseque Perronus de Iuenio ejus filius legittimus et naturalis ipsamque terram pro certo tempore tenuit et possedit verum quod in cancellaria non apparet per illum fuisse captam investituram ejusdem terrae et post modum mortuo dicto Bartholomeo de Iuenio ejus filius legitimus et naturalis ac major natu, qui tandem obtinuit a quondam Simeone Archiepiscopo Panormitano sunt in Regno Preside confirmationem et investituram dictae terrae et castri NOHARIE pro se suisque heredibus de suo corpore legitime descendentibus sub dicto militari consueto servicio, costitucionibus et capitulis serenissimi Domini Regis Iacobi et aliorum retro Regum semper demanialibus editis semper salvis ut patet in provisione hujusmodi investiturae data Panormi 24 Augusti primae indictionis 1453 notata in libro investiturarum dicti anno fol. 684.

Exinde vero mortuo dicto Perrucchio successit sibi in dictis terra et castro NOHARIAE Bartholomeus de Iuenio ejus filius primogenitus legitimus et naturalis qui cepit investituram illorum in forma a coram D. Ferdinando de Canna tunc in Regno vicerege notata in libro anni 1494 fol. 341, dictaque vero terra et castrum NOHARIAE in presentiarum currente anno 1507 possidetur per eumdem Bartholomeum de Iuenio et valet redditus quolibet anno...

Et postmodum dicta terra NOGARIAE per attorum do-

nationem et refutationem aut aliter venit in posse Domini Consalvi de Iuenio ejusdem D. Bartholomei filii, qui solvit certa jura pro investitura, illaque nulla venit in cancelleria registrata.

Nunc vero D. Bartholomeus ob mortem D.ni Regis Ferdinandi a D. Ioanne de Iura Preside cepit investituram die 19 Ianuarii 5 indictionis notatum in libro anni 1516, f. 479 et iurant reddere...

NOHARIAE

Advertendum est quod terra hujus Siciliae ultra farum Regni nullo pacto predicti Regni constitucionum et pragmaticarum possunt a sacro suavi et dulci demanio alienari verum quod aliquando reges solent provisa militiae et alias concedere terras vel redditus illarum aliquibus regiis consanguineis, ac de sacro sanguine illorum ut in his videtur mihi dicta capitula cum castro NOHARIAE erat untiquitus sub regio demenio serenissimusque bonae memoriae Fridericus Aragonum et Siciliae rex per haec verba loquendo. bono principi convenit et debitum equitatis exponit benemerentibus maxime sanguinis necessitudine cunctis munificam porrigere dexteram extollitur remuneratis zelus incalescit et fides ac aliorum pro devoto subsidiorum fideliter oqsequii provocatur etc. terram predictam cum castro NOHARIAE concessit et donavit nobili Vinchiguerrae de Aragona consanguineo dicti Domini Regi et de sanguine domus Aragonum suisque heredibus de suo corpore legittime descendentibus, quae terra anthea tempore guerrarum turbinum vel aliter penes dictum Vinchiguerram devenuta erat ut patet in privilegio dictae concessionis dato Cathaniæ per sometpsum Vinchiguerram tanquam tunc regium Cancellarium die *18 februari 3 indictionis 1364* notati in libro dicti anni fol. primo. Et quod hoc sit verum quod terra hujusmodi NOHARIAE ante dictam regiam concessionem erat de regio demanio constat per verba in dicto privilegio notata quae dicuntur

ut sequitur. quodque illi quibuis in dicta terra et ejus territorio aliqua terra possessiones et bona per serenissimus Dominum regem Jacobum olim Aragonum et Siciliae Regem bonae memoriae dum eidem regio nostro presurit, aut serenissimos principes dominos aut patrem aut fratres nostros olim reges dicti regni recordationis illustris aut non concessa fuerint ea teneant et possideant iuxta concessiones per eos et nos illis exinde dudum factas etc. ergo iam clare creditur quod terra predicta demanialis erat cum sit quod per eosdem Dominos Reges, et presentim dictum regem Fridericum et bona et penes dictae terrae ejusque territoriis tempore quo in demanium illa detinebatur non nullis concesserant, et dederant taliter quod in privilegio hujusmodi eorum concessionem sibi reservarunt et illesa atque valida fuisse et esse iusserunt ut patet in ipsis verbis in dato texto appositis.

Exinde vero D.nus Rex Fridericus agnoscens terram eamdem de antiquo demanio fuisse nec minus attendens quod dictum castrum et *terra noharae* propter situationem ipsarum in plano milatii et proximitatem nobilis civitatis Messanae in qua quasi continuatam residentiam faciebat, cessit animo Regis, iudicio, manifesta tanquam magis grata regiaeque conversationis ob delectationibus altiora ubi venacionis fatigati solatio fessum animum facciliter poterat loci vicinitate reficere et favore de eiusmodi sibi gratis et aptatis castro et terra nogariae cum eodem vinchiguerra permutationem fecit cum terra et castro Turtureti quae justis et rationabilibus causis ad regiam coronam restituta et devoluta extiterint cum clausula non obstante quod alias ad suplicationem universitatis dictae terrae Tortureti idem D.nus Rex Fridericus a baronia illam penitus subtraxerit, aliisque terris regii demanii virtuti sui regii privilegii adiunxerit. nam pro nexu sanguinis quo idem vinchiguerra de Aragona Dominis Regibus domus Aragonum astringebatur dedit sibi

et suis in perpetuum heredibus prelibatam terram Turtureti. quantumque sit maioris redditus dictae NOHARIAE pro hec verba in hac parte loquendo cum celsitudinem nostram non decet utilitatem attendere, scilicet salubritatem personae propriae quaeriturae maxime quod ipsi nobili Vinchiguerrae coniuncte nobis consideratione prosapiae durae ampliorem valoris locum, facultas adesset temporis nos nec in merito delectare, ut patet in privilegio hujusmodi permutationis notato in libro anni 1371, fol. 47.

Ecce quod quantunque terra iam dicta NOHARIAE fuerat concessa eidem Vinchiguerrae de Aragoniae tanquam de sanguine domus Aragonum per quem sanguinis nexui superius ego dixi dictam concessionem ipsius NOHARIAE non derogasse regni capitula de quo ad leges et iura me refero, iam iterum terrae ipsa NOHARIAE Regiae coronae ejusque demanio restituta et tornata modo predicto fuit, et sic nihil dubium amplissime constat terram eumdem NOHARIAE fuisse de regio demanio, venit exinde serenissimus bonae memorae D.nus Rex Martinus et invenit hoc regnum per proceres et alios ob variam guerrarum discrimina devastatum et occupatum et tandem inde certos annos comparuit coram sua celsitudine qondum Guglielmus Raimundus de Montecateno Meliveti, et asserens quod qondam Mattheus de Palitio tempore ejus vitae tenebat et possidebat comitatum NOHARIAE et terram Tripi et plurima alia bona stabilia feudalia et burgensatica licet vigentibus guerrarum turbinibus certo tempore a possessione ipsorum bonorum aliquando fuerit destitutus. demum et a quibusdam suis humilis invidia concitatis nequiter interfectum dictum assertum comitatum NOHARIAE terramque Tripi. aliqua bona possesia per dictum qondam Mattheum de Palitio ad ejus filios, et eorum legittime descendentes virtute testamentariae dispositionis ipsius pervenire et

inter alias ad qondam Isabellam sororem ipsius Guglielmi Raymundi Marchionis, ex qua et Joanne de Aragonia condam nata fuit Beatrix uxor condam dicti Guglielmi Raymundi Marchionis, et ex eodem matrimonio nati fuerunt plures filii et inter alios Matheus et Ioannes de Montecateno ad quos ut dixi tam virtute testamenti predicti condam comitis Mathei de Palitio, quam ex titulo donationum et iurium cessionem factarum ejusdem per Mariam de Palitio, filiam eiusdem comitis Matthei terram predictam *Nohariae* terram Tripi aliaque bona spectabant et pertinere debebant ipseque D.nus Rex Martinus tamquam non informatus de superius enarratis ob affectionem quam tunc temporis habebat in dictum marchionem qui ut legitimus consanguineus tractabatur eamdem terram NOHARIAE prefato Guglielmo Raymundo in sui vita et dictis sui filiis Mattheo et Ioanne et se natis et dicta condam Beatrice earumque heredibus et successoribus in perpetuum dictas terras NOHARIAE Tripi aliaque etc. concessit et donavit ac perpetuo confirmavit in feudum sub consueto militari servitio cum hac clausula videlicet: ac etiam non obstantibus prescriptionibus quibus cumque cum plene habemus conscientiam in forma tam predicti filios et descendentes ejusdem comiti matthei sequi potuisse nec non et clausola constitutionibus et capitulis D.ni Regis Iacobi et aliorum retro regum superdemani alibus dictis semper salvis ut patet in privilegio dicti Domini Regis Martini notato in libro anni 1396, 5 Iud., fol. 92.

Quaequidem concessio seu confirmatio d. D.ni Regis Martini in dictum Marchionem ejusque filios predictos et pro eorum heredibus nullo modo poterat fieri in prejudicium duorum Regum successorum ac derogationem dictorum Regni constitucionum et pragmaticarum tamen et bene advertendum quod in regia cancelleria numquam apparuit, nec apparet privilegium nec aliqua alia scriptura

aut investitura dictae terrae *Nohariae* in personam dicti nominis et cognominis de Palicio quomodo ergo D.nus Guglielmus Raymundus Marchio dixit eidem Matheum de Palitio tempore ejus vitae terram eandem *Novariae* possidisse? ego certe titulum concessionis ipsius terrae in ejusdem de Palitio aliquod non inveni, et ultra dico quod esset quod ut prefertur non apparet quomodo constit d.° domino Regi Martino quod Beatrice uxor ipsius marchionis defendebat nex primo asserto comite de Palitio possessorem cum sit quod in verbis privilegii d.ni Regis Martini restitutionis et nove donationis dictae terrae non clare distinguitur quod per processum sollemnitatibus debitis infectum de genealogia de Palicio Beatrix ipsa erat et descendebat, nisi tunc dictus D.nus Rex confirmavit et ex verbis per eumdem marchionem porrectis ad quae eidem D.nus Rex Martinus facile se dedit ob temporis vetustatem et infidelitatem et extremissimam necessitatem quam ipse Rex tunc temporis habebat taliter quod solus laborabat dictusque Guglielmus Raymundus ut privilegiis et quasi caput in regno prima facie pro regia fidelitate se demonstravit ob quam demostrationem et amorem d. D.nus Rex sibi et suis in perpetuum cedit non solum dictum marchionatum meliveti, verum etiam terras mari daliae suterae mussumeris gibillinorum fabrie muxari, montisclari, guastanelle, misilmeri, minei, monsalini, ferale aliarumque et non nullorum feudorum, que sufficerent ad quem libet regum primogenitum ut patet in libro anni 1396, 5. ind., fol. 158, et proptərea dico quod confirmatio sive donatio ejusdem terrae *Nohariae* factam per dominum Regem Martinum eodem Guglielmo Raymundo, quam aliis qui descendebant ex Beatrice asserta nepote predicti condam Matthei de Palitio fuit et est nulla et pro invalida debebat reputari rationibus supra dictis. Post modum vero D.us Guglielmus Raymundus de Montecateno Marchio Meliveti dictusque

Mattheus et Ioannes ejus filii aliisque eorum sequaces contra regiam coronam dicti D.ni Regis Martini se rebellaruut. ob quod omnes ipsi fuerunt per eumdem Dominum Regem pro tribunali sedentem et per M. R. C. sollemnitatibus adimpletis condemnati et penitas rebelles vocati ut per eamdem sententiam latam in castro Cataniae ut patet in qua dicitur continere fueritque propterea terra predicta *Nohariae* per eundem Dominum Regem Màrtinum nulla pre habita informatione de singulis superius enarrata concessis et donatis predicto Bartolomeo Iuenio cancellario et suis heredibus ut patet in privilegio hujusmodi concessionis datum Cataniae 16 Ianuarii, 6. Ind. 1397 et ex quo regnum Siciliae predictum erat in maximo disturbio ac variis usurpationibus vexatum universitas probique. — utque fideles homines dictae terrae *Nohariae* quae per alios occupata extiterat attenta provisione et amplissima potestate quas D.nus Rex Martinus dederat et concesserat universitati et officialibus messane inclinato capite et cordiale amore se regie fidelitate dederunt fuit que propterea provisum pro ut sequitur.

Martinus Dei gratia Rex Aragonum et Martinus eadem gratia Rex Siciliae etc. presentis privilegiis notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris quod in nostra presentia constituti sindici et ambasciatores universitatis nobilis messane exposuerunt humiliter quod olim imminente rebellione aliquorum Baronum et aliquarum terrarum et locorum Regni nostri predicti nostra majestas commisit officialibus et universitati civitatis ejusdem quod valerent et possint terras et castra predicta, et potissime terras et castra Plani Melatii ad nostram fidelitatem reducere cum potestate libera et auctoritate plenaria omnia et singula faciendi que pro reditione ipsorum et stato pacifico regui nostri predicti fecerint et esse potuerint opportuna ut in Regiis nostris literis inde confectis continetur cumque predictus con-

dam Guglielmus Raymundus de Montecateno olim Marchio Meliviti debite fidelitati immemor se contra nostras maiestates rebellaverit una cum suis filiis specialiter cum Joanne de Montecateno ejus filio qui in terra *Noharie* pretendebat ius habere et castrum cum terra que tunc per eum vel predictum Iohannem ejus filium possidebantur in suum statum concesserit, eadem universitas civitatis predictae virtute et auctoritate antefactae commissionis per nos sibi factae curasset eamdem terram *Noharie* ad nostram fidelitatem reducere. Intervenientibus probiviris eiusdem terrae hominibus et habitatoribus ipsius pactum sollemnem provisione fecerunt secundum quod eis visum extitit expedire in hoc negotio opportunum quod sint et esse debeant semper et in perpetuum de demanio regio et in libera eorum potestate secundum quod sunt et esse consueverunt aliae terrae regiae et sacri Regii Demanii et nullo unquam futuro tempore in feudum vel baroniam alicui conderetur, per quaequidem pacta et provisiones ad fidem et fidelitatem regiam se reduxerunt vel non ita de facile reducendos cognoscentes baronorum gravamina et supplicaverunt humiliter et eamdem provisionem per ipsam universitatem Civitatis messanae factam prefatis hominibus terrae *Noharie* acceptare rathificare et confirmare. ipsaque terra *Noharie* castrum homines et habitatores ipsius in regio demanio recipere de ipso demanio facere et constituere benigniter dignaremur. nos vero quia de omnibus et singulis antedictis nobis plene et legittime constitit tam per ejusdem nostrae commissionis literas, quam per testus Probationes et Istrumenta quae et quas per magnam nostram curiam. propterea inspici iussimus et videri eamdem provisionem factam per universitatem civitatis predictae hominibus dictae terrae rathificamus et pleno favore regio confirmamus ac de plena et matura deliberatione nostri consilii pro bono universali pubblico et

dicti regni nostri ac pro certa et rationabili causa ex certa nostra scientia ex libera suprema et plenaria potestate penitus absoluta eamdem terra *Nogariae* cum castro hominibus habitatoribus feudis terris territoris forestis nemoribus erbagiis vineis terragiis censualibus molendinis aquis, aquarum saltibus et decursibus ac iuribus omnibus quibuscumque quovis nomine nuncupentur in nostro regio demanio, ac Bracchijs nostri demanii et favoris recipimus gratiose facientes et constituentes de cetero in perpetuum et omni futuro tempore eamdem terram cum castro et suis pertinentis predictis de nostro demanio et dominio ante dictis cui nostro demanio et numero terrarum et locorum nostrorum eamdem terram cum castro et juribus suis aggregamus unimus et compellamus eximentes et liberantes pro inde et eamdem terram cum castro et juribus prelibati a bono servitio obbligatione et promissione quorumcunque bonorum et feudatariorum qui ad ipsam terram cum castro quoque modo titulo sive causa ius habere pretendant promittimus etiam universitati et homibus dictae terrae ad gratiam pleniorem sub nostra regia fide quod eamdem terram cum castro et suis pertinentis nullo tempore de futurum et potestate et manibus nostris et nostri demanii obdicabimus et separabimus vel alienabimus nec in baroniam vel in feudum alicui concedimus vel in alium quoque modo vel quomodocumque iure vel quovis alienationis titulo transferemus concedentes et permittentes propterea dictis Universitati et hominibus quod si forte in futurum de ipsa terra et castro et juribus de toto vel de aliquo membrorum suorum donationem vel concessionem aliquam alicui facimus, quod per subreptionem et importunitatem petentium vel in advertentiam sine dubio poterit evenire, sit eis licitum et honestum legitime se tueri ac adversus et contra quamlibet possessionem ipsius terrae capere volentem justitiae juribus se

defendere et guarentire seque in regio demanio manutenere et conservare mandantes nihilominus tenore presentis privilegii nobili Regni Siciliae Magistro Iusticiario consanguineo ac juribus M. R. C. et straticoto nobilis civitatis messanae praedictae consiliariis et universis et singulis officialibus Regni nostri predicti presentibus et futuris familiaribus et fidelibus nostris quatenus eamdem terram castrum et homines tanquam et sicut alia loca et alios homines nostri demanii tractant habeant teneant et agnoscant. quod jura nostri demanii promittens per nos heredes et successores nostros in dicto nostro regno dictam terram et castrum et eorum jura semper et in perpetuum in nostro sacro demanio manutere et observare non obstantibus quibuscumque donationibus alienationibus infeudationibus et concessionibus cuicumque de ipsis terra et castro cum suis pertinentiis vel de aliquo ipsorum forte factis et specialiter donatione de ipsis terra et castro cum suis pertinentiis facta nobili Bartholomeo de Iuenio Regni Siciliae predicti cancellari conservatori et fideli nostro quam ipsam donationem eidem Bartholomeo facimus nescientes quod per universitatem civitatis Messanae fuerat nostro demanio applicata. quam donationem sive concessionem si qua est et omnes alias et quascumque sub quavis forma verborum forte factas de plena et matura deliberatione nostri consilii et certa nostra scientia et plenitudine potestatis legibus non subiecta pro beno comuni regni predicti resecavimus et evacuamus et penitus annullamus et si de ejs in presenti privilegio fieret mentio specialis eorum tenoribus de verbo ad verbum derogamus non obstantibus etiam remissionibus et restitutionibus factis seu fiendis in posterum Mattheo et Joanne de Montecateno nunc nostrae maiestati rebellibus ad dictam terram cum casrum *Noharíae* jus habere forte pretendentibus ex successione quondam comitis Mattheis de Palitio quas remissiones

et restitutiones ad hanc nostram gratiam et reditionem ad demanium ex nunc pro ex tunc intendicimus volumus et determinamus non extendi nunc pro ex tunc interdicimus volumus et determinamus non extendi eam, si in illis diceretur et apponeretur expresse non obstante privilegio et reditione ad demanium factis hominibus terrae *Noharíae* vel sub quacumque forma verborum in illis reditionibus et restitutionibus de nostra gratia et reductione ad demanium derogamus, et mentio fieret tacite vel espresse nec non legibus constitucionibus capitulis consuetudinibus statutis privilegiis quibuscumque huic nostrae concessioni rati habitioni et redutioni ad demanium forte contrariis et repugnantibus quoquomodo, quibus de certa nostra scientia et plenitudine potestatis obsistentibus derogamus expresse, quos et quae in his omnibus et singulis supradicti locum vidimus non habere supplentes, nihilominus omne vitium et defectum et quamlibet diminutionem, qui et quae in his predictis omnibus potuerunt vel possent aliquatenus evenire in hujus rei testimonium et robur perpetuo valiturum presens privilegium ex inde fieri nostroque sigillo magno pendente iussimus communiri Panormi cons.—Primogenitus Aragonum. Rex Martinus. dato Cathaniae per nobilem Bartholomeum Juenio Regni Sicilie Cancellarium etiam anno dominicae Incarnationis 1398, die 6 martii, 6 Indictionis, regnique nostri dicti regis Aragoniae anno secundo dicti Regis Siciliae sexto et dictae Reginae 21. — Dominus Rex mandavit mihi etc.

Quod quidem privilegium perpetuae reductionis ipsius terrae ad regium demanium notatum est in libro anni 1396, fol. 93 et stante privilegio ipso inde ad annos tres vel circa predictus D.nus Rex Martinus in consilio siracusano ita providitur. Cum quarum omnium predictarum 12 personarum concordi consilio predicta R. M. posuit coram conspectu suae serenitatis terras infrascriptas

tamquam dubias scilicet an esse deberent de demanio vel de baronia, videlicet monforti, tripi, la *nohara* et tandem ita fuit per tabulam dicti Generalis siracusani consilii provisum ut sequitur.

Item quod de dicta terra cum castro nohariae sit et esse debent de baronia et sic remaneat in baroniam nobili Bartholomeo de Iuenio R. C. cancellario, vigore regiae donationis de ipsius terra et castro sibi factae, ita quod idem nobilis Bartholomeus renunciet et dimittat omnes et singulas gabellas, collectus seu regias subventiones tractus et alia omnia et singula iura, quae habet inde et super secretiis terris et locis regii demanii quocumque nomine nuncupetur et sint sic quod omnia ipsa iura restituantur et reducantur R. C. prout antiquitus erant quae quidem tabula siracusani consilii notata est in libro anni 1399 8. indizione fol. 23.

Et finaliter dico quod predicta declaratio non tenet quia semel terra iam dicta nohariae quod erat de antiquo regio demanio ut constat in verbis primi textus et virtute constitutionis d.ni Regis Iacobi, quam etiam omnes Reges successores et Maxime d. d.nus Rex Martinus iuraverunt omni futuro tempore exequi et observari pro conservatione perpetua regii Patrimonii nullo modo et quacumque causa poterat alienare et maxime quod semel et per preinsertum privilegium terram et castrum nohariae ad regium demanium perpetuo reduxit et tornavit, ac per haec verba loquendo promittens per nos heredes et successores nostros in dicto nostro regno dictam terram et castrum et eorum iura semper et in perpetuum in nostro sacro demanio manutenere et observare imo cum revocatione omnium aliorum concessionum per eum factarum et presertim donationis dicti Bartholomei de Ivenio sub istis verbis videlicet: quoniam ipsam donationem eidem Bartholomeo fecimus nescientes, quod per universitatem civitatis messanae fuerat nostro de-

manio applicata ecce quod ante donationem ipsam d.nus Rex Martinus pro bono comuni Regni, totum eius posse virtute ampli privilegii dedit eidem civitate Messanae faciendi predicta et sic donatio ipsius Bartholomei ultra quod d.nus Rex Martinus pro acquisitione Regni et bono pacis illam poterat de iure revocare maxime nondum capta possessione, prout iam ut patet in textu donationem ipsam revocavit, erat et est nulla et privilegium perpetue reductionis ad demanium eidem universitati nohariae indultum tenet et tenebit in eternum.

Et nihilominus ad magis feudanda intentione partis d.ni nostri Regis est bene advertendum quod in privilegio d.ni Regis Martini indulto dictae universitati terrae nohariae reductionis perpetuae ad Regium demanium dictus Bartholomeus de Iuenio, qui non prefertur habebat privilegium concessionis ipsius terrae erat presens in curia apud dominum Regem Marthinum et habuit claram conscientiam et notitiam de privilegio dicte redactionis demanialis ipsius terrae cum revocatione privilegii ipsius Bartholomei ut constat per datam privilegii universitatis predictae factam per metipsum D. Bartholomeum tanquam tunc temporis regium cancellarium et tamen non contradixit imo ex quo absolvit et expedivit privilegium iam dictam, dico quod acquierit et de ejusdem reductione ipsius terrae ad demanium cum illa revocatione privilegii D. Bartholomei se contentavit cur igitur debebat ex iure fieri dicta declaratio in consilio siracusano contra omnes iuris formam et lesionem regiae fidei etc. et tanto magis quod declaratio predicta in parlamento siracusano non facit mentionem de clausola derogatoria posita per regem Martinum in privilegio facto dictae universitati ubi eam reduxit ad demanium, nec in generali parlamento fuit comprehensa reductio ad demanium iurata cum generalis commissio non includat concessa cum iuramento nec etiam potuit tolli dictae

universitati ius quesitum maxime precedentibus servitiis quandoquidem dicta universitas convolavit ad fidem regiam cum maximo discrimine ipsius universitatis propter potentiam tirannorum, que eam occupaverant et ad alicuius R. C. vel dicta universitas teneretur ad iuxtam extimationem servitii prestiti per dictum Bartholomeum regium cancellarium (1).

XXII.

Luca Barberi — Terrae Nuharia Tonnara Amanfaragi.

De terra noharie in valle demine posita tam per magno capibrevium. in cartis.... quam per regni feodorum etiam capibrevium in cartis.... satis diffuse dictum sit; nihilominus quia noviter occurrit de prenotatis granis *amanfaragii tonnariarum* panhormi superius expositis notamentum facere mihi visum est nunc exprimere qua ex causa prefatus bartholomeus de ioenio granos predictos ipsarum tonnariarum panhormi prefatis qondam joanni de calatagirono et nicolao subtili pro uniis LXXX ad quas tunc temporis extimati fuere vendere voluerit quequidem causa hec esse videtur. videlicet quod distributis per serenissimos reges martinum et mariam in generali distribucione per eos facta singulis regni baronys feudis et bonis rebellium inter fideles vassallos familiares eorum cum perpetua renuntiatiooe per ipsos familiares facta regie curie de cunctis juribus et membris secretiarum regni et tractarum portuum ipsis per sicilie reges quomodocumque concessis : que bona penes regiam

---

(1) Copia del Capibibrevium di Gio. Luca Barberi. Vol. Marchesati, Conte e Terre del Regno di Sicilia pag. 360 retro a 375. Grande Archivio di Stato di Palermo.

curiam tanquam revocata remanebant. inter ceteros reges ipsi prelibato *bartholomeo de juenio* suisque heredibus noharie terram concesserunt, quam ob concessionem iura predicta granorum amanfaragis tonariarum panhormi que sibi ut predicitur concessa extiterant: nec non ius augustatis iudeorum urbis eius dem at cabella vini terre placie: quod ius et quam cabellam etiam possidebat illico ipsi regie curie devoluta fuere et revocata ut in capitulo siracusani colloqui continetur. Sed attendens deinde bartholomeus ipse quod ipsa terra noharie ob bellorum revoluciones et temporum malitia modici erant redditus coram regibus predictis comparere non erubuit, asserens quod terra ipsa noharie adeo modici erat redditus ob dictum temporis maliciam. ut illius redditus et proventus ad custodiam castri illius non sufficerent, quodque ipse tres cabelle per eum renunciate ut supra scilicet iura dictorum granorum tonariarum et ius augustalis judeorum panhormi ac cabella vini terre platie majoris erat redditus: quam ipsa terra noharie ad quintoplum quodque propterea reges ipsi sue indempnitati providere curarent, unde reges predicti providerunt quod remanente ipsa terra noharie penes eumdem bartholomeum de iuenio iuxta illius concessionem bartholomeus ipse ex dictis tribus cabellis dictorum granorum amanfaragii tonariarum predictarum tantum etiam haberet donec per eorom maiestates super predictis aliter vidinatum fuisset sicuti in eorum regiis promissionibus. datum Cathanie III aprilis VII indictionis 1393, et in regie cancellarie li»ro anni 1397, in cartis 171 notatis gec et alia seriosius enarrantur.

Cumque exinde idem bartholomeus de iuenio attendisset dictam terram *noharie* in futuram tempore pacis ad maximos redditus esse venturam dubitans ne propterea predictam cabellam granorum tonnariarum deperderet: ab ipsos redditus maximos terre predicte, cum de jure

cabella ipsa regie curie restitui debuisset ob sufficientiam reddituum terre ejusdem, cabellam ipsam granorum amafaragi tonariarum panhormi ut predicitur prefatis ioanni de calatagirono et nicolao subtili vendidit a quo tempore citra grani predicti alienati persistunt,

Et nihilominus ipse suique successores predictam *noharie* terram semper detinuerunt ac detinent que terra quantum importet cum habeat castrum et multos vassallos et maximi sit redditus et signanter quod erat demanialis murata et nomine habebat comitatus et titulum satis notorium est.

Que cum ita per transiverunt quare bartholomeus ipse de iuenio pro bene contento se non reputavit pro predictis tribus cabellis dictam *noharie* terram muratam et plurimorum vassallorum - feudorum et aliarum rerum habere licet tunc temporis modici esset redditus ob ejus occupationem ab hostibus quo tempore discrimine bellico mediante pauci cives in ea morabantur secus territoria insulta marcessebant cum attendere debuisset: bella ipsa diuturnis temporibus non esse duratura et quod tempore pacis ad maximos red.litus devenire oportebat pro ut devenit.

Qua propter dicendum est quod dictus bartholomeus de iuenio cum predicta previdisset pocius in fraudem sacri regii demanii quam alias peedictam cabellam granorum tonariarum panhormi illico vendere curavit que cabella regni statutis ac obstantibus verbis in dicti patentibus literis appositis videlicet donec et quousque per nostram excellenciam fuerit super his aliter ordinatum etc. pacto aliquo alienari non poterat verba eiusdem textus preinserta: tantum important quod tempus finitum potius quam indiffinitum denotant cum precipue declaratoria sint mentis regie que non fuit, ut dicta cabella ipsi bartholomeo imperpetuum relinquerunt, attendens forte quod deficientibus bellis terra ipsa ad pri-

stinum statum et redditus ac ad sufficientem facultatem ultra dictas tres cabellas redducenda erat.

Ex quibus infertur esse conducibile ut iusticia mediante dicte tres cabelle il'is de iuenio successoribus prefati bartholomei restituantur soluto per regiam curiam illo precio, pro quo grani ipsi venditi fuere predictis ioanne de calatagirono et nicolao subtiti; terra vero *noharie* predicta ipse regie curie devolvatur et reducatur sine ad minus et jura ipsa granorum predictorum penes dictam regiam curiam seu secretiam panhormi deveniant pro ut erant, restituto precio per possessorem terre ipsius *noharie* possessoribus ipsorum granorum pro regie curie indemphitate (1).

XXIII.

Pro inclito marchioni meliveti de comitatu cuguste NUCARIE *et aliorum pheudorum.*

Nos *Martinus* Dei gracia rex Aragonium et Martinus eadem gracia rex Sicilie et cetero et si grate et ardua subiectorum obsequia tenemur dignis premiis compensare multo fortius angimur ea que ipsis jussis titulis ex successionibus vel donacionibus quondam parentum et consanguineorum pertinent et spectabo trasificare et confirmare ac eciam de novo concedere et donare, presentis itaque privilegii serie universis esse volumus manifestum quod pro parte nobilis et egregii *Guillelmi Raymundi de montecatheno marchionis meliveti comitis auguste et* NUCARIE ac regni nostri predicti *magistri iusticiarii et conestabilis consanguineis consiliarii fa-*

(1) Barberi — Capibreria — Vallis Mazarie — pag. 456 a 457 retro. - Dal Grande Archivio di Stato di Palermo.

miliaris et fidelis nostri fuit nostris majestatibus expositum reverenter quod nobilis quondam *matheus de palicio comes* NUCARIE et dominus tripi tempore vite sue tenuit et possedit dictum *comitatum* NUCARIE et dictam terram tripi et plurima alia bona stabilia pheudalia et burgensatica licet vigentibus guerrarum turbinibus certo tempore a possessione dictorum bonorum aliquando fuerat destitutus demum eo a quibusdam suis emulis invidia concitatis nequiter interfecto dictum comitatum et baroniam et omnia alia tam pheudalia quam burgensatica ad filios et filias eiusdem comitis mathei et eorum legitime descendentes virtute testamentarie disposicionis ipsius iuridice pervenerunt et inter alios ad quondam nobilem *ysabellam socrum predicti nobilis marchionis* ex qua et Johanne de Alagona quondam nata fuit beatrix uxor quondam egregii marchionis predicti et ex eodem matrimonio nati sunt plures filii et inter alios nobiles matheus et Johannes de montecatheno ad quos prout dicitur tam virtute testamenti predicti quondam comitis mathei quam ex titulo donacionum et jurium cessionum factarum eisdem per nobiles mariam et luccam de palicio filias ejusdem comitis Mathei dictum comitatum et baroniam et cetera alia bona stabilia burgensatica et pheudalia et iura omnia super hiis competencia spectant et pertinent de jure. Unde humiliter nostris culminibus supplicavit ut eidem et dictis filiis suis dictum comitatum et baroniam cum castris et cetera bona alia pheudalia et burgensatica et jura omnia super hiis competencia ratificare confirmare et acceptare atque de novo concedere et donare benigniter dignaremur.

Nos autem considerantes gratissima et accepta servicia que idem nobilis et egregius *guillelmus Raymundus* prelibatus libentissimo animo contulit majestatibus nostris nullis parcendo laboribus nulla quantum libet gravia

pericula suarum rerum proprie persone atque personarum uxoris filiorum et fratrum suorum formidando que cunctis viventibus nota sunt nec minus nobis conferre non desimit ipse et dicti filii sui et conferre in antea poterint dante Domino meliora eidem egregio marchioni in sui vita et dictis filiis suis *Matheo et Joanni* ex se natis et dicte quondam nobilis *beatricis* et eorum heredibus et successoribus imperpetuum dictum comitatum et baroniam et cetera alia bona pheudalia et burgensatica cum castris terris vassallis reditibus et proventibus cum terris cultis et meultis nemoribus aquis acqueductibus molendinis molendinorum Saltibus et cum omnibus juribus et pertinenciis suis et jura omnia que fuerunt dicti quondam *comitis Mathei de palicio* ratificamus confirmamus et acceptamus atque de novo conferimus et donamus cum illis prerogativis privilegiis honoribus immunitatibus jurisdictionibus graciis retencionibus et serviciis cum quibus et in ea forma qua prefatus comes *Matheus* tempore viti sue dictum comitatum et baroniam et cetera alia bona tam pheudalia quam burgensatica tenuit et possedit per se et procuratores et factores suos.

Declarantes ex certa nostra scientia predictum comitatum *matheum de palicio* serenissimis principibus felicis memorie regi *Friderico* et Regi *Petro* atque regi *lodovico* pro avo et patruo nostris reverendis toto tempore vitae sue fideliter et legaliter servivisse. Unde merito prefatum comitatum et baroniam et cuncta alia bona sua pheudalia et burgensatica presertim tenemur suis nepotibus et pronepotibus confirmare et ad majorem cautelam de novo concedere et donare, mandantes universis et singulis officialibus regni nostri ut presentem confirmacionem seu novam concessionem et donacionem inviolabiliter observent et observari faciant cum firmissime intencionis nostre sit presens privilegium omnimodam obtinere roboris firmitatem non obstantibus donacionibus

vendicionibus et alienacionibus injuste et in quasumque personas factis per quoscumque ac ectiam non obstantibus prescriptionibus quibuscumque non plene habemus conscienciam informatam prefatos filios et descendentes eiusdem *comitis Mathei* post mortem ipsius ius eorum numquam consequi potuisse eisdem iusticiam super peticione bonorum que fuerunt dicti quondam *comitis Mathei* semper fuisse denegatam ita tamen quod dictus *Matheus et Joannes de montecatheno* heredes et successores sui sint incole regni nostri et predictum comitatum cum dictis castris vassallis et ceteris premissis ac terras et alia pheuda et jura in capite a curia nostra — sub eodem militari servicio tenentur et cognoscat et ex inde servire ipsi nostre curie et predicitur teneatur ac vivant jure francorum videlicet quod major natu minoribus et coheredibus suis ac masculus feminis preferantur fidelitate nostra heredum et successorum nostrarum in eodem regno me non costitucionibus et capitulis excellentissimi principis domini regis. Jacobi olim Aragonum et Sicilie Regis illustris dum ipse in regno Siciliae prefuit editis ac serenissimorum principum dominorum progenitorum nostrorum regum illustrium dicti regni dive memorie asque nostris et predicto militari servicio et juribus alterius semper salvis. Ah hujus autem nostre concessionis confirmacionis et de novo donacionis certitudinem et cautelam presens privilegium sibi exinde fieri mandavimus nostris subrcriptionibus et sigillo pendenti communitum. Petrus cancellarius primogeniti Aragonia. Rex Martinus. Dominus Rex mandavit Rogerio de Cumbis (1).

---

(1) Regia Cancelleria, Vol. 26, f. 82.

XXIV.

Pro Bartolomeo de Iuvenio et terra noharie.
(An. 1399 - 4 Nov.).

Martinus Dei gracia etc.

Presentis privilegii serie notum fieri volumus tam presentibus quam futuris quod exigentibus dudum meritis et serviciis nobilis bartholomei militis consiliarii familiaris et fidelis nostri dilecti ac regni nostri predicti canchillarii dedimus et concessimus prefato nobili bartholomeo suisque heredibus de suo corpore legittime descendentibus in perpetuum terram *nogarie* cum eius castro ac hominibus et mulieribus in eadem terra habitantibus et habitaturis nec non iuribus redditibus proventibus proprietatibus cabellis hedificiis pheudis territoriis limitibusque tenimentis ac pertinenciis universis tunc nostre curie devolutam apertam et confiscatam ob rebellionem incautam ac crimen lese maiestatis commissa contra maiestates nostras tam per quondam Guillelmum raymundum de montecatino quam ob rebellionem incautam ac crimen lese maiestatis commissa et perpetrata contra maiestates nostras per Matheum et Johannem de montecatino eius filios ut in dicto privilegio prefato nobili bartholomeo inde facto plenius et difusius continetur dedum vero ad importunam instanciam universitatis nostre nobilis civitatis Messane terra ipsa cum eius castro ac ceteris iuribus et pertinenciis suis pocius de facto quam de iure cum dicta terra et antiqua consuetudine semper fuerit baronia nostro extitit demanio.... aggregata cum autem noviter de mense octubris proxime preterito, presentis.... parlamento per nos in civitate Syracusarum celebrato, et demum.... finito, in quibus interfuerunt omnes prelati et barones huius..... nonnullorum capitulorum sedium catredalium et baronum regni. . . .

merito interesse non poterant nec non sindici et procuratores omnium.... civitatum terrarum et locorum regni nostri predicti, non tractaretur de terris... spectantibus et pertinentibus et que de iure et ab antiquo ad ipsum ....possunt et debent, et quia censeri deberent baronie cum mo... ac duodecim personarum in ipso parlamento per eosdem prelatos... sitatum dicti nostri regni electarum ac duodecim personarum in ipso parlamento per eosdem prelatos.... sitatum dicti nostri regni electarum ad decidendum dubia.... motas sive tunc movendas fuit per nos decisum. . . . . cum eius castro ceterisque juribus membris et pertinenciis suis..... demanium minime spectare et pertinere debere, sed . . . . nostrum predictum factam fuisse in preiudicium prefati nobilis. . . . et de jure fore cassum irritam atque nullam. Idcirco . . . . . Bartholomeum nostris culminibus superius inde factam... notabilia servicia per eumdem nobilem Bartholomeum.... recuperacione huius regni multimode prestita per. . . . nostrorumque rebellium extirpacione multis periculis submittendo que prestat ad presens et in antea conferre poterit meliora domino permittente donacionem et concessionem factam dicto nobili bartholomeo suisque heredibus de terra *nucarie* predicta ac eius castro ceterisque juribus membris et pertinenciis suis universis hujus serie acceptamus ratificamus et pleno favore regio confirmamus dictamque terram *nucarie* cum eius castro ac vassallis vassallagiis nec non juribus redditibus proventibus proprietatibus pheudis cabellis hedificiis nemoribus montibus planis aquis aqueductibus acquarum decursibus piscacionibus vinacionibus molendinis molendinorum saltibus pascuis pratis herbagiis terragiis territoriis vineis campis viridariis censualibus justitiis jurisdicionibus limitibusque et tenimentis ac pertinenciis sui universis sicut videlicet et quemadmodum et quibuscumque dictus quondam Guillelmus raymundus ac matheus et Johannes

eius filii seu comes matheus de palacio eam tenuerint et possiderint prefato nobili bartholomeo suisque heredibus de suo corpore legitime descendentibus in perpetuum sub debito et consueto militari servicio per eumdem nobilem bartholomeum ed ejus heredes predictos nostre curie in perpetuum prestando ana videlicet unciarum viginti pro quolibet equo armato secundum annuos redditus et proventus terre predicte ac jurium pertinenciarum eiusdem juxta usum et consuetudinem regni nostri Sicilie quod servicium idem nobilis Bartholomeus in nostra Curia presens, se et eosdem heredes suos.... heredibus et successoribus nostri in eodem regno facere sponte obtulit..... prestans proinde fidelitatis debitum juramentum et homagium.... comendatum juxta sacrarum constitucionum imperialium Regni. . . . renunciatisque prius sponte per eumdem nobilem Barthclomeum in.... Curie cabella vini terre Placee, ac juribus gisie et augu . . . .licis urbis Panormi que ex concessionibus duorum principum . . . . regum dicti Regni, habeat teneat et possideat . . . et speciali gratia ac de certa nostra sciencia nec non cum deli.... nostri consilii presertim duodecim personarum predictarum, de . . . . edimus et donamus privilegio antedicto per quod terra ipsa.... demanio fuit unita et aggregata nullatenus obsi.... legium declaramus fore factum contra jus et justiciam et contra... semper ut premictitur extitit baronia et nihilominus.... nostra sciencia et potenica regia legibus absoluta, privile. . . . cassamus irritamus et penitus annullamus sic.... judicio vel extra judicium aliquam obtineat roboris . . . . irrito atque nullo penitus habeatur. Nam terram ipsam. . . . membris et pertinenciis suis cum presenti ba . . . . et declaramus, et ab ipso nostro demanio. . . . juribus tam canonicis quam civilibus statutis usibus ritibus constitucionibus et consuetudinibus premissis vel aliquo premissorum contrariantibus nullatenus obstituris ita tamen

quod dictus nobilis bartholomeus et eius heredes predicti dictam terram cum eius castro ceterisque juribus membris et pertinenciis suis in capite a nostra curia teneat et cognoscant et exinde servire eidem nostre curie pro dicto militari servicio teneantur ac vivant inde jure francorum videlicet quod maior natu minoribus fratribus et coheredibus suis ac masculus feminis preferatur et quod si in dicta terra aut eius tenimentis sint aliqui barones et feudatarii qui pro baroniis et fendis eorum servire in capite nostre curie teneantur nobis heredibus et successoribus nostris in eodem regno exinde serviant ut tenentur. Quodque illi quibus in dicta terra aut eius pertinenciis et tenimentis aliqua iura possessiones et bona per serenissimos principes predecessores nostros dicti regni reges vel nos concessa fuerunt ea teneant et possideant pro ut ipsa ipsis per eos vel nos concessa extiierunt.

